





Unctura ē vt nro pūncō pposito ob
 suū cū ligamētis pncio ve
 nis arterijs musculis neruis ⁊ chordis circūo
 luta. **E**t q̄isert q̄ cū ligamēta ⁊ ossa nō sē
 tiāt neq̄ vene neq̄ arterie. q̄ si dolorē sentit iū
 ctura b̄ ē mediāte musculo neruo aut chorda. vñ cū cūmli
 bea dolorē (cā sit mala p̄lo aut solutio p̄tinuitatis seq̄
 dolorē iūctura nō erit aliud q̄ ē tristis sēlato a mala p̄lo
 ne vel solone p̄tinuitatē) mediāte musculo neruo vel chorda
 l ea scā. **E**t h̄cō q̄ l3 auic. scōa p̄mi. numeret. xv. spēs
 dolorē. tñ iūcturas oēs tales nō iūmūt. vñ be sūt spēs in
 ris p̄lucte iueniri. **E**rtēsi: p̄p̄siu: frāgitiu: stupefactiuus:
 pullatiu: fatigatiu: moridicatu: siue corrosiu: **E**t dī
 ertēsiu: qñ hūoz aliqs aut grossa vētositas inclusa nerui
 aut musculi aut chordā. s̄. iūctura: vñ i ei: circūo p̄siti
 f3 aliqūa sui p̄tē extēdit. **E**dī p̄p̄siu: qñ hūoz aliqs gros
 sus ⁊ gūis. aut grossa vētositas musculi circūdatē iūcturā
 p̄p̄mit vel i loco arcto coāgustaf. **E** frāgitiu: qñ hūoz
 aut vētositas igredif iter offi
 sa ⁊ sepātē iter ea ⁊ musculū
 q̄ illa frāganē aut frāgi debi
 bus circūdatib⁹ iūcturā erit:
 b̄ q̄ dolorē facit sēlū tñ i mēt.
 loz appet remissus cū q̄daz r
 mēbzō fuerit mala p̄lo: aut
 trāsi: spēs sēlū ad ipm op.
 trāsi: sufficiētis q̄s titatis ipsi
 nē. q̄re nō p̄cipif dolor ille nif
 fatiu: ē qñ cū dolore sif pulsaf
 git qñ ē mta mā in circūo iū
 la arterias multū coartat. vñ
 sitati euentatiōis satisfaciāt. **E**
 iūcturas fatigatās: vt accit p̄
 hūoz vel vētositas. vt. s̄. **E**
 tus mēbzō i circūo iūcturart
 dēdo. **E** Distiguet ē h̄ dolor
 ticū: arteticū: ⁊ do: salē. **E**t gutt
 q̄ gutta nō ē aliō q̄ mā i vacu.

... motu rem
 matifim cadēs ⁊ guttati. **E** Un ciragrica dī gutta mānuz
 a cyros qd ē man⁹. podagrica a pede. sciatica a scia. artetu
 ca. q: i oib⁹ accit articul. deorsalis a dorso. **E** Et ples aucto
 res de his oib⁹ vnuz faciūt caplm nō curātes de distinctiōe
 formali. Ego tñ ad clarū ⁊ cit⁹ iuēniēdū curā hoz oiuz i
 rubricas aliq̄s distigūā: l3 ipsaz oium cāe sūt cōsiles siue
 eedē. d̄ qb⁹ cāis p̄sqr statis si p̄us dixerō: qd̄ Silberto pla
 cut. ⁊ ē q̄ tal dolor dī vagatiu⁹ aut vagaf de loco ad locū:
 ⁊ ē ex hūozib⁹ liq̄dis subtilib⁹ aut vētositate subtili. q̄ pp
 dolorē cānt: mōi vna iūctura mōi i alia. **E**dī aliq̄s fixus
 q: nō sic mouet: ⁊ ē ex hūoze grosso viscoso aut imbibito.
Edī nodosus qñ hūoz: itātū igrossat⁹ ē ⁊ igipseat⁹ vt mē
 bzū a sua debita flexiōe. phibeat. ⁊ d̄ h̄ gutta nodosa stat
 versus. **E** Soluere nodosā nescit medicia podagrā.
E Un qñqz ex iūcturis igredif sic ḡs plūm: ⁊ sunt pprie
 mae flāitice crude. **E** Dicif ⁊ qñqz ossuosus qñ humoz p̄
 trificatus est. ⁊ prohibet membrū a flexiōe.

Cause Et de cāis p̄sequēs dico q̄ qdā tres eē dixerūt.
 qdā q̄ttuos. **E** Auic. tāgit tres. P̄rio. s̄. suscipi
 ens: ⁊ mēbzū efficiēs sic p̄plones ⁊ mae. **E**oadiuinas qz la

terens vel p̄tūdes: vñ mēbzū
 nō nāliū: vt pp vebemētē frigid
 in malā p̄plonē debilitatis sicut
 piscatozib⁹: ⁊ h̄z. aut pp vebem
 bzū ⁊ dissolūētē: vñ ad mēbzū:
 mala p̄plo sicca exiccando ⁊ p̄
 ratū: vñ deinde ad iūcturas m
 mida relaxatiōe faciēs ⁊ iūct
E Itē exercitiū forte fortis mot
 cibale ⁊ hūozalē. **E** Itē lōgus
 multa ⁊ ociositas: vt i p̄byster.
 sortia exercitia. ⁊ iō rustici q̄ dū
 podagrifāt. **E** Itē viglie multe
 ⁊ por⁹ difficilis digōnis aut gene
E Itē por⁹ aceti p̄cipue vini sub
 spāl̄ post cibū nō digestū. **E** Itē
 cū cibū vel ablsqz cibo generant
 eē q̄ postea ad iūcturas fluūt. sa
 p̄pleno crapla. s̄. ⁊ ebrietas. ven
 tar. **E** Itē ipsi frequētati subita
 rediunt p̄sueti coitu mltō et t
 hcurrūt: vt guilelm⁹ n̄. ⁊ iō sif
 p̄ plūm⁹: ⁊ marie aque dulcis
 is reduci p̄t ois p̄sueti fluxus
 h̄is nariū: vētris vomit⁹: v̄: iē sif
 tio. catarr̄i cronici p̄sueti fluxus
 ⁊ h̄z. **E** Itē curatio colice p̄
 s̄ ampl⁹ nō recipiāt: s̄ ad circū
 usio eūonis p̄sueti fieri. vt cū
 tit. **E** Itē ⁊ purgari sepe ⁊ cur
 ⁊ de his ēt is̄a de p̄suetiatiōe
 tr̄nsc̄ca ē p̄ ipsa māl̄is suscipi
 b̄. aut pp debilitatē sui nālē: a
 ala p̄plonē cōfirmata ⁊ pprie
 tas. itē ⁊ nimia calitas rarefaca
 s̄ i attrahēdo p̄t eē cā. **E** Itē do
 o mēbzū p̄ncipal̄is: vt cordis:

doloris iūcturari. ⁊ sif mala p̄pl
 plerioni p̄misec hūiditas exnea:
 tio calida dissolūēs: aut frigida co
 sicum: vt ad iūcturas mittantur
 cido est ipsa efficiēs vt fortitudo
 cipalis. in qb⁹ vel in quo reperim⁹
 deflure ledētes q̄re isur q̄ritus i
 cturas: ⁊ ad hoc gen⁹ causē reduci
 p̄cta a principio generationis in m
 dagricus podagrici generat. est er
 tur Serapio de p̄pleto sermone in
 tertij. de dolorib⁹ iūcturaz. **E** Itē
 cturaz ex creatiōe vel ex accit sic
 ex mala p̄plone calsa: aut ex mltō n
 catione eaz: aut p̄pter dolorē forte
 terie multe. que si diu i emanserint
 to est mā ipsa superflūca sanguinea
 vel mixta vel vētositas retēta. ⁊ l3 a
 gulariter cāri possit dolor: iūcture:
 plurimū sit a flegmate cūz colera. d
 a sanauie deinde a colera: ⁊ a

THE
 WILLIAM R. PERKINS
 LIBRARY
 OF
 DUKE UNIVERSITY



Rare Books

ere. C
ima rari
a ē aer g
ficedēs
diūctur
vel mal
t. aut cā
ē multū
ac dolo
ulatine
refoluere
lacritatib
aucta mē
eatus mā
et. deinde
es. iō in ci
āt. deide p
cturaz 7
7 illas rep
sūi q̄rēs ij
7 eū q̄ i off
cūtu exiū
atq̄ ipō
7 doloze
ari^o infra
nfeca p̄ma
pabntia n
iat doloze
terea qz ē
nc labores
q̄saluat
ōpodagr
es magis
ēbilitatē.
atiores. P
Dueri nōg
nā vtute
ōmedion
qz multa n
anguinea.
qz piguia
qz p̄ctricoz
qz ex pei
st̄nticvad
zriq̄at ex lo
stē 7 pati fi
ca: qm nō
multenā n

W. Bartrick
Book Dealer

BOX 2156 TACOMA, WASH....98444.

(Religion - A Comentary; London, 1575.)

AZPILCUETA, MARTINO:

Commentarius de Jobeleo et Indulgentiis omnibus, In S. in Leuitico sub. cap. Si quis aliquando, de Poenit. distin. prima, & in Extrauag. primam, Antiquorum, secundam, Vnigenitus, & in 4 Quaenammodum. de Poenit.....Lugduni, M. D. LXXV. 4to. 84ff. plus index, plus Apologia Libri de Reditibus Beneficiorum Ecclesiaticorum...Author Same. 24Opp. plus index. Bound vellum, some staining on covs. About 1"x2" area of t.p. cut away text only slightly affected. pen notations on t.p. A few ff. water stained and some light foxing. O/W good.

\$20.00

ITEM: 3

LIST: 50

res sūt ver pmo. qz eo tpe hūiores sūt i motu magis. scōo in
estatis p̄
virtus est
uctibus 7
ifert q̄ in
cauere 7 se
laboziosis
° tñ in suo
itudo mē
Tertia est
in ser reb
Rica. vj.
iustis dolo
imam pri
e. Et in b
rese ab his
Et ho
arie ex be
Et illi q̄ s̄
rmanē vir
regimini
es non na
i varietatē
quimodē
7 sic. natu
ferre si fue
ghe 7 aljs
eo cur^o cō
parū decli
mili mō de
za in exem
si iunctura
i. Et cu sil
pirtus non
leguminū
: capzinas
nes salitas
pita q̄dru
ai alius: qz
ed qz disti
datur licen
uozus soz
que de la
int. C Pi
ces tñ par
o vti p̄nt in
thozarios:

fligman
Regimen

Legumina
in fundo.
Carne.
ep auu. s
c. 19.

laspacia
piazus.
fructus

vt ceralia: p̄tūa: moza: puica: cruomua: pira 7 poma: p̄cipue
7 vias rectes 7 oēs fructus añ ipsoz maturitatē. Et bze
uiter qui sunt nutrimenti humidi velocis corruptionis 7
frigidit: 7 tubera oio prohibentur. C Et in sūma sanguiei
deuict̄ quectūqz multū sanguine generat: q̄ctiqz sunt cala
7 hu. q̄o intellige sane. C Et colici deuict̄ qz colerā gene
rant 7 ex acuetia. 7 ambo oia dulcia vt mel: gucharū: buty
rum: olarū: mēz 7 similia. C Item vtanē añ tempus pio

Poko

tempato: qz pportionato ex pte cibi 7 pot^o 7 aliarū reruz
 nō hāliū. vñ cibi debēt eē faciliē 7 bone digōnis boni nutri
 mēti 7 paucariū supfluitatū: 7 eligēdi sūt ex eis q̄ pueniunt
 fm̄ varietatē pponū. ¶ Un calas hñtib^o p̄plones conue
 niūt carnes edine lactātes: puariū pullariū: pdicti: fastano/
 rū: alaudariū: 7 aliarū auuū puariū rure degentiū p̄ter q̄s
 passerū. itē 7 oua in aq̄ decocta 7 leuter. Uerū i colicis ci
 bi alterent cū fridus 7 hu. vt cū seib^o fridus maiorib^o deco
 ctis cū eis. Et diēta colericorū d̄s eē hūidior q̄s sāguineorū.
 Et sāguineis pcedūf lētes coctē i aceto. Et vtār i suis cibari
 is sāguinei aceto. 7 de Bisra agresta 7 vio de piris scō. Itē
 acetositates citri: limonū: granatorū acetosorū. Colici autē
 vtār acrib^o vt sūt succi nucis decocti: 7 marie succ^o grana
 torū musorū. Itē 7 sāguineo 7 colico puenit pitisana orde:
 far 7 panis de sila bon^o. ¶ Ex si uictib^o pcedunt mala de
 cocta i pauca q̄titate pira coctana cocta. Item amigdale
 itē p̄tina matura in pua quātitate. Itē pepōes: citrulli: cu
 cumeres: cucurbite: 7 b̄ marie colicis. ¶ Ex herbis a cru
 dis abstineār: 7 a coctis vt p̄t: qm̄ hūiores gñant putrefa
 biles. Et hic nō. An. inq̄. Et ex olerib^o deuēt ea q̄ sūt sic
 ficla banicie 7 citrulli: 7 aq̄ mellonis nocēt: pp̄ qd̄ generāt
 humores aquosius 7 p̄ferūt p̄ puocationē. Et i sūma nocēt
 cibi aquosi difficilis digōnis viscosi 7 apti faciliē putref.
 ¶ Fridas vō hñtib^o p̄plones carnes p̄ueniūt castrati uiniū
 āni: pulloz: galliarū: fastanoz: pdicti: coturnicū: pipionū
 volare icipicū: turturū: turdoz: puariū auuū: 7 passerū: ca
 ro caprioli: 7 iterū lepōis: caro eritū eis bona. Itē 7 cō
 ueniūt edine: 7 q̄ncq̄ vituline: sed ille magis. 7 sit carū vsus
 affate magis q̄s elix. Itē 7 oua pueniūt maxime mellis.
 ¶ Libaria p̄diant cū aromatib^o digōnē iuuantib^o 7 vcto
 sitatē dirumpētib^o. vñ i oi studio instādū ne cib^o corrupa
 tur aut idiget^o a s̄ō egrediat: s̄ p̄fecte digerāt. ¶ Ex fru
 ctib^o vō talib^o dari p̄nt dactili: passule: carice: in pua tū q̄s
 titate. denf carice qm̄ mās deserūt ad extrema. Itē auella
 ne optime masticate: pine: phisticū cū sucharo. Filagri^o at
 p̄cessit oi podagrico pira bona. ¶ Satis vsq̄ ad modū di
 ctū ē de cibo pueniēs ē vt d̄ potu dicat. 7 dixit Ras. xij. cō
 tinētis. Abstinentia a vino sanā podagrā: 7 mlti sanati ob
 dimissione vini in totū. fed b̄ p̄sidera etate: vsus: p̄plone:
 hūidine: 7 h̄. si ista tolerāt vt paties i deteriorē nō currat
 passionē. 7 inq̄t au. Et deuēt potare vini plurimū gros
 sum: imo eē v. m. xij. terij. de cautela a dolorib^o iunctu
 rariū. Sūt tū aliq̄ qui cū dimittere nō p̄nt: aut p̄pter stōm:
 aut pp̄ debilitates vt utatis. aut qz timet ex vsu aq̄ inflatio 7
 multiplicatio vctosifattū: 7 incurus doloris itestinoz de
 bilitatē epatis. 7 sic casēā 7 h̄. 7 i isto casu def pauciferti
 limphati plus 7 minus vt exigit dispō. Itē sit colorati qz
 aureū vel ad colorē granate vel rubim tendēs. nō sit albū
 neq̄ subtile: nō nouū: nō grossū: vt. s̄. Sit itaq̄ amenū ad
 stipticitatē quādā declinans. ¶ Et aq̄ mellis simplex aut
 cū decoctiōe cinamōi sol^o p̄suevit eē pot^o p̄ferēs 7 marie i
 frida. Et qdā coquit i aq̄ saluā: rosmarinū: maioranā:
 bethonicā: 7 silēs herbas. Itē iu calidū aq̄ orde i cū sucha
 ro aut iulep cū multa aqua. ita aqua ferrata cū vino mix
 ta. ¶ Et nō q̄ si auferit vini p̄sueuo illa ablatio fiat paula
 tine 7 cū pudētia. ¶ Itē q̄ nō delectet multiplicatōe plu
 rium ciboz in eadē mēsa. sit itaq̄ p̄ter vno vel duob^o ad

tenet locus ex eritū: vt. s̄. scō d̄
 nea conferit nālia: 7 marie i de
 nocēt. 7 dixit Auer. Ex eis q̄ p̄s
 post repletionē balnei: imo in m
 sup iuncturas si nō ē aliqd̄ qd̄
 uoz. ¶ Itē cuitet fōnū sup cibū
 num. est. n. ex reb^o nobilib^o
 7 imoderatas: vt. s̄. allegata ru

¶ Nō repleant. q̄ si p̄tingat ex e
 pletio statim fiat cūo vomitu. q̄
 ctet q̄ cib^o descendat. 7 deinde a
 medat d̄ocē seriat stōm b̄ mūd
 valde vtile. P̄o inamitōe d̄om
 abstieat vt p̄t nā vt p̄l. abstineā
 patiat 7 samē vt p̄. 7 p̄cipue q̄
 sūma mediciaz: ita p̄pletio sūm
 tus vt allata Rica p̄tief subian
 at p^o assūptū cibū: cū p̄uū cōi
 dolorē artetici. qd̄ si sit aliqd̄ si
 stineat ab ira: tristitia: furoz: 7 a

Expedito (marie cala

regimie sex re
 ditōes scōi qd̄ p̄stitit in bis can
 māe s̄rlue p̄ quā possit podagra
 tatio iūcturaz. Terti^o ē p̄uati
 na dispōne. Quart^o ē digō māe
 p̄tigētē i regimie iā d̄co. Quit^o
 tatio iūcturaz fm̄ se: 7 ne recipi
 7 eaz alteratio cū calis aut frig

¶ P̄o p̄scito q̄ p^o tale regimie ē
 mēbroz nāliū: 7 marie scōi cū
 b^o: qd̄ ex ipso regimie supfluit n
 accidat. deinde dolor 7 b̄ elargio:
 is: vt. s̄. de debilitate scōi d̄cm ē.
 tyriacē i casu isto i fridū. tu itaq̄

¶ P̄o 2^o aduertē q̄ stiptica cala
 Itē 7 q̄ resoluit s̄rluitates q̄ i e
 iūcturas applicēt: s̄ cū cautela.
 bonū regimie si sit repletū neq̄
 mistrabis. Qz si corp^o n̄ fuerit ta
 mi sic iterit: qm̄ iā p̄fortatis sic
 rēt ad mēbra nobilia. vñ grāde
 sis morz: vt iā vsus ē. ¶ Ex q̄ ap
 nanf hi qb̄ ulla q̄anf uene. 7 io ē
 age n̄ vt empic^o. Un̄ replico attē
 dū aut nō inspectiōe exaitū i taci
 rit mūdū n̄ apporries ista locala

¶ Et ex p̄fortatib^o iūcturas s̄ ē
 rea: 7 lutū ēt ipoz. aloes camōi
 ctili: oleū d̄ spica: d̄ mirto: de ma
 thio: d̄ spica: d̄ ireos: d̄ rof: d̄ ane
 ri: laurinū: deruta: plātago: sgn
 nigrū. Itē 7 abstinentia: acacia:
 pze ster^o. ceroti archigēis. W
 folia et^o. Citrū: cost^o Emp̄z mir
 sum^o tre: gala: granatū: lauri: li
 stix: mirabolāi: mirt^o: m̄tia: m̄

COMMENTARIVS

DE IOBELEO ET INDVLGENTIIS

OMNIBVS,


In 5. in Leuitico sub cap. Si quis aliquando, de Pœnit. distin.
prima, & in Extrauag. primam, Antiquorum, secundam,
Vnigenitus, & in 4. Quemadmodum. de Pœnit. & remiss.
olim anno Iobeleo 1550. Conymbricæ editus.

*Ad Sereniss. eandemque sui ordinis Principum florem, & decus,
& sidus resplendentissimum, D. Mariam
Portugalia infantem.*

Authore MARTINO AB AZPILCVETA
Doctore Nauarro.

*Nunc autem Roma, hoc anno Iobeleo 1575. recognitus, & auctus ab eodem,
adiectis de eadem re duabus Extrauag. S. D. N. Greg. XIII.
cum scholis non Pœnitendis, noue additis huius-
modi Asterico * signatis.*

I
N
V
I
R
T
V
E,



E
T
F
O
R
T
V
N
A.

LVGDVNI, *Suce et*

Apud Gulielmum Rouillium, sub scuto Veneto.

M. D. LXXV.

Cum Privilegiis & licentia Superiorum.



*Insignis forma, doctrina insignior vnus,
At superat summi cultus vtrumque Dei.*

RBR
A 796C

GREGORIVS PAPA XIII.



OTV proprio, &c. Dilecto filio Martino ab Azpilcueta Doctori Nouarro, Cathedra prima functionis sacrorum Canonum inclita Vniuersitatis Conymbricensis iam pridem rube donato, in R. Cur. nostris. sacraeque nostrae in foro conscientiae Penitentiariae obsequiis resideti. Nuper à fœ. re. Pio Papa V. prædecess. nostro, emanarunt litterae tenoris sequentis. Dilecto filio, Martino ab Azpilcueta, Decretorum Doctore, Pius P. P. V. Dilecte fili, salutem & Apostolicam Ben. &c. Dudum fœ. rec. Paulo P. P. III. prædecessore nostro, emanarunt litterae tenoris subsequentes: Dilecto filio Martino de Azpilcueta Decretorum Doctore, primariam cathedram Iuris Canonici in vniuersitate studij Conymbricen. actu regenti. Paulus P. P. III. Dilecto filio salutē & apost. ben. &c. Cum (sicut nobis exponi fecisti) ut aliis iuxta traditum tibi à Deo talentum, prodesse posses, nonnullas lecturas super voluminibus Decreti & Decretalium, non sine maximis laboribus & vigilijs ad laudem diuini nominis, cuius ope literaria rei, & Christianae Reip. consuluisse & proficisse credis, scribendo composueris & compilaueris, easque de proximo, tuis propriis expensis, in lucem edere & imprimi facere intendas. Pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi, quod lectura huiusmodi absque tuo consensu imprimi non possint, ut tuarū vigiliarum effectulaceris, concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos, volētes te specialis gratiae fauore prosequi, huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi quod ad septenniū à die quo tu lecturas praedictas imprimi feceris, cōputandum, nullus alius per vniuersum orbem Christianum constitutus, lecturas ipsas, vel earum aliquam partem imprimere aut imprimi facere: vel impressas in sua domo aut alibi habere & tenere, nec illas vendere, seu mutuo aut ex dono, vel alias donare possit, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, de speciali gratia indulgemus. Districte inhihentes in virtute sanctae obedientiae, & sub excommunicationis poena, eo ipso si contra factum fuerit incurrenda, omnibus & singulis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, & quauis etiam Apostolica auctoritate aut facultate fungentibus, per vniuersum orbem constitutis, ne lecturas huiusmodi vel earum aliquam partem, absque tuo expresso consensu & licentia septennio praedicto duntaxat durante, imprimere seu imprimi facere, aut vendere seu donare praesumant. Non obstant. constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quarumcunque Prouinciatarum, & Idcorum statutis & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: nec non priuilegijs, indultis & literis Apostolicis quibusuis Prouincijs, & illarum personis ac vniuersitatibus & collegijs, etiā per nos, & Sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, etiam derogatorijs derogatorijs, vel alias quomodolibet concessis, confirmatis & etiam iteratis vicibus innotatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales id importantes, mentio seu quauis alia expressio habenda, aut ex quibus forma ad hoc seruanda foret: tenore huius-

modi, ac si de verbo ad verbū infererentur, presentibus pro expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hæc vice duntaxat, specialiter & expresse derogamus: ceterisque contrariis quibuscunque. Dat. Ro. apud Sanct. Pet. sub annulo piscatoris. Die viij. Ian. M. D. XLIII. Pontificatus nostri anno nono. L. de Torres. Et deinde. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti: tu, qui (sicut asseris) rogaris à multis, ut opera tua tam primo edita, quam nondum edita, qua super iure Pontificio, & super pertinentibus ad declarationem illius habes composita, typis excudi faceres, idque facere proponas (vita comite, & Deo iuvante) impensis tuis, & te presente, quo correctiora, auctiora, & pientiora prodeant. Nobis humiliter supplicari fecisti, ut in premissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos te amplioris gratia favore prosequi volētes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Apostolica auctoritate tenore presentium, Declaramus intentionem Nostram, esse ut dicti Pauli prædecessoris littere, qua de lecturis loquuntur, habeant etiam locum in aliis Commentariis, libris, & tractatibus, qua tu edideris super eis que pertinet ad præfati Iuris Pontificij declarationem. Non obstantibus omnibus supradictis, quæ idem Paulus prædecessor in dictis præinsertis literis voluit non obstare. Dat. Ro. apud Sanct. Pet. sub annulo piscatoris. Die xvij. Maij. M. D. LXXI. Pontificatus nostri Anno Sexto. P. Tarrus. B. De Castro. Nos eundem Martinum specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, statuimus, prædictoque Martino concedimus. Motu simili, & ex certa nostra scientia litteras fal. rec. Pauli III. & Pij V. prædecessorum nostrorum præinsertas, locum habere, & se extendi in his que de lecturis & aliis loquuntur in quibuscunque Commentariis & tractatibus quæ idem Martinus ediderit super prædicti iuris Pontificij declaratione et interpretatione, & præsertim super **MANUALI CONFESSARIORVM** ab eo prius lingua Hispana edito, nunc recognito, aucto, Latinitateque donato, non obstantibus omnibus, quæ prædicti prædecessores voluerunt non obstare: presentisq; nostri Motus proprii solam signaturam sufficere, & ubique fidem facere in iudicio et extra, regula contraria non obstant. volumus et mandamus. Et insuper quia difficile foret presentem nostrum Motum proprium ad quacunque loca deferri: volumus, & apostolica auctoritate decernimus, ipsius transumptis, vel exemplis, etiam eisdem libris, lecturis, Commentariis, Manuali, & aliis operibus huiusmodi impressis, plenam & eandem prorsus fidem ubique in iudicio et extra adhiberi, quæ presentis originali adhiberetur.

Placet V.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum Non.
Nouemb. Anno. I.

SERENISSIMAE PRINCIPIS

PORTUGALIAE INFANTI MARIAE

Martinus ab Azpilcueta Nauarrus

sanctum Iesu Christi Spiritum

perpetuum exoptat.



VM à permultis, variis nostra Hispaniæ locis, Princeps augustissima, nouas, & varias de hoc anno quinquagesimo, eodemque iobeleo interrogarer quæstiones: nec in re tam graui, & dubia leuiter certa ferenda esset sententia, decreui ea de re extraordinariam habere prælectionem: quo & auditoribus meis perdoctis id ipsum rogantibus, iobeleæ, & aliarum condonationum, quas indulgentias vocant, sacros fontes ostenderem, & pro viribus aperirem, simul inde aquam sapientiæ in vitam æternam salientem haurirem, vt ea per canales synceros, & orthodoxæ fidei, p̄tificumque decretis consonos longius ac latius, quàm hactenus deriuata, non solum nouarum interrogationum omnia noualia: sed etiam antiquorum disputationum scatebris arentia arua temperaret. Quæ

res, quia non modò ad eruditionē utilis: sed etiam ad pietatem cum primis est necessaria: vt eius etiā ad alios manaret vtilitas, Christiana charitate cōmotus hos de ea commentarios scripsi, quos etsi tenues, in clyto nomini tuo consecrare non sum veritus: Primum quidem quòd tu es sublimis illa Maria, de qua, cum ante aliquot annos in quodam opusculo nostro multa recenserem, ob quæ iure Mariæ mihi nomen esset dulcissimum, scripsi, dominam Mariam dici etiam illam, quam sperabam Roncæualli in monte Pyreneo virgini matri Mariæ sacræ opitulaturā: cuius nomē, & titulos tunc ex causa me tacere profitebar: alibi opportunius ea explicaturus. Quod cum ob infantiam meam impotenti, quo in id sum, affectui parum respondentem efficere nequeam, testabor hoc munusculo summam saltem mei animi reuerentiam, paremque eius demissionem, quibus celsitudinem tuam venerabundus nequeo satis suspicere, fulgētissimo tui tanti generis splendore oculos meos veluti perstringente. Quippe quòd omnium Imperatorum, & regum Christianorum luce fulges: quòd filia sis Diui Emanuēlis, cum viueret, Lusitanorum regis cum maximi, & rerum gestarū gloria clarissimi, tum sanctissimi, & illius, quā totus orbis veneratur, Eleonoræ reginæ Caroli V. felicissimi, Carolo I. non vno nomine maioris fororis germanæ, eoque nomine incomparabilis, quòd
suarum

suarum virtutum heroicarum mundo effecit, vt sine exemplo Lusitanis, Castellanis, Gallis, & Germanis summè dilecta nō solum summè culta fuit, quo tēpore summæ inter eos discordiæ, summaque bella fuerunt. Quodque sis soror potētissimi Regis, & domini nostri iustissimi, & Christianissimi, in crucis Christi inimicos bellis gloriosi, & in eiusdem amicos pacis artibus incomparabilis: Reginæque, ac dominæ nostræ Catharinæ huius nominis primæ, magnam illam, eādēque auiam suam Yfabellā multis nominibus referentis, eiusdemque Caroli V. sororis ex sorore neptis, virtutumque eius heroicarum sedula imitatrix: Principisque inclyti ac Regis nostri felicissimè designati amica longe gratissima: vt taceā, quòd soror sis duorum principum, quorum sapientia, virtus, & gloria maior est, quam à me dici possit. Quæ cum ita sint, merito etiam hoc humile xeniolū tuę celsitudini consecrare audebo, vt aliquando scriptis, quod verbis semper feci, dicam, affirmem, & asseuerem quod persuasissimū esse percipio Castellæ toti, tot regnorum, prouinciarū, tot terræ, marisque tractuum, & noui orbis accessione, gloriosissimæ: nempe quod huius heroissæ tanta est humanitas nulli non audita, à nullo non laudata, & ab omnibus supra sydera elata: mihi vero etiam cognita, & multis modis perspecta: vt sicut incredibilem pectori meo erga se pietatem, & deuotionē

infixit : ita viuis alij eam propius inspicienti sic
infixura. Quippe quæ non mediocris: sed extrema
sit, & heroica diuinitatem quandam spirans, orna
tamque rara in Deum, & diuos pietate, modestif
sima in Regem & Reginam obseruantia, inuola
bili in subditos iustitia, singularique eosdem gu
bernãdi prudentia. Tanta præterea in omnes cha
ritate, clementia, mansuetudine, & affabilitate, vt
dum omnes amat, fouet, iuuat, & suo dulcissimo
dignatur alloquio omnes cõsoletur, & ad sui amo
rem, cultum, & admirationem alliciat, & vt ma
gnes quidam ad sese etiã ferreos homines trahat.
Tam infracto in fortunæ sibi, ac suis aduersæ casi
bus animo, vt eorum amarorem delicatissima præ
aliis sentiat: deuotionis tamen qua suam diuinæ
deuouit voluntati, dulcore insperfo æquo animo,
quin & quadamtenus iucundo ferat. Tam grata
misericordia, vt nõ solum verbis, & operibus ani
mos soletur amaros: sed etiã sui ipsius animi par
tem, dum ex animo eis cõpatitur, impartiat. Tan
ta denique animi constantia, & magnitudine, vt
nullus terror, nullumque illicium à iusto, imo ne
que ab honesto deturbare valeat. Taceo multa il
lius acta quæ singulatim narrata etiam faxea pe
ctora ad bene precandum ei mouere solent. Quo
fit, vt cum tredecim annis, quibus hæc florentissi
ma regna colo, passim qui laudes eius prædicarēt,
inuenerim: qui vero ei detraheret (quæ ipsius for
tè solius

tè solius laus est clarissima) inueni neminē. Adeò omnes eius facta probantes, eamque diligentes, magno aliquo imperio augeri percipiunt. O felicem Castellam, cum regnis tibi annexis, si quod cupitis, vehementius in cupiendo perseuerantes obtineatis, vt inclytus ille Philippus Caroli Cæsaris primogenitus, vobisque rex designatus, hanc inclytam, & se dignissimam, in regnorum confortem assumat. Assumet autem si tantum vobis bonum non inuideretis, si errata nostra lugentes continenter apud Deū contenderimus, ne eorum memor, & vltor exteram aliquā moribus vestris dissonam pro hac Indigena, & optimis quorumque vestrū moribus, idest, Christianissimis, congruentissimè donata præfici permittat. Sed quo me ingens vtilitas orbis Hispani, & totius Christiani fini amor rapuit? In causa etiam huius nostræ dicationis fuit, Princeps serenissima, quod visum est munus etiam tenue literarium candido, & demisso animo oblatum, nō fore ingratum tibi, quæ dignaris ornari literis, quibus ipsa maximo es ornamento. Quæque literas, literatosque viros omnes incredibili, ac mirifica beneuolentia ita prosequeris, vt & ministerio, & consuetudine sceminarū, quas literatissimas domi habes, mirè delecteris. Ad idem etiam me impulit, quod hesternò die, qui Conymbricæ illuxit foelicissimus, mira cum iucunditate, hanc regiam, quæ florentissima est, &

Academiam primū inuifisti: ita comitata regem,
& dominū nostrum prudētissimū, reginam iustif-
simam, & principē regem designatum, in dote for-
tissimū, eādem Academiā opus manū suarum
insigne, sublime, ac summum etiam primum inui-
sentes, ut comitari solet prudentiam, iustitiam, &
fortitudinē, illa quæ omnia cohonestat & conde-
corat, modestia longe pulcherrima. Decereque vi-
debat, ut ipse, qui licet alias postremus: canicie
tamen & functione inter eius primos gymnastas
sum, qui que de frugibus eius regi, reginæ, ac regi
designato omnium, primus singulatim aliquid dica-
ui, tibi etiam à tot populis & gentibus in reginam
ardentissimè optatæ, petitæ, ac flagitatæ ad eam
primum venienti primus non nihil dicai. Accipe
igitur, princeps piissima, hos commentarios de re
valde pia pio animo cōscriptos, eodemque demif-
sissimo, tibi que deuotissimo oblatos; qua soles
frōtis hilaritate cætera omnia cādido animo tuæ
C. oblata, accipere. Vale, Princeps Augustissima,
& quæ tua insignis fuerit humanitas, nonnunquā
huius senis, & in hoc occidenti peregrini memen-
to, persuadeque tibi eum cum primis tuorum sa-
cificorum D. Opt. Max. orare, dumque vitā ma-
nebit oraturum, ut tua ista sublimitas sic transeat
per bona maxima, quæ tibi à tot populis, & gen-
tibus optantur, petuntur, & sperantur tēporaria,
ut non amittat æterna. Etiam atque etiam vale.



A D L E C T O R E M.

Hanc relectionem, ad quam habendam nullo Academiae prescripto tenebar, multis de causis, candide Lector, componere decreui. Primum, quod antiquarum de condonationibus, quas indulgentias vocant, questionum cognitio mihi haecenus quesita, non satisfaciebat. Tametsi ante 17. annos cum cathedram libri decretorum in celeberrima Salmanticensium Academia assequutus essem multas ea de re in paragraphum in Levitico. de poenit. dist. 1. habui praelectiones ordinarias. Et quanquam ante 13. annos cum in hac nostra Conymbricensium florentissima eundem paragraphum praelectione interpretarer extraordinarias, quo auditoribus meis, quibus nihil non debeo, magis prodessem, praecipua glossarum Extrauagantis primae de poen. & remiss. capita singulatim, & serio discussi, omnibus, quae apud Theologos, & canonum peritos ad id pertinentia inuenire potui nostro proposito applicatis. Deinde quod tot, ac tam nouas, grauesque in variis nostrae Hispaniae locis de hoc anno Iobeleo sum interrogatus quaestiones, quod è republica Christiana esse arbitratus fuerim earundem solutionem, cum iusta antiquarum resolutione literis mandare. Postremo, quod memineram, Ioannem ab Annania virum insignem ab hinc centum

annis in celebratissima Bononiens. Academia de anno Iobeleo, qui eius atate incidit, in quinquagesimum supra millesimum, & quadragesimum tractatum composuit non contemnendum. Quodque Felynus Sandeus vir celeberrimus anno Iobeleo insequenti, nempe septuagesimo quinto, sermonem scripsit longe amplio-rem, multa de aliis condonationibus, quas indulgentias vocant, & pauca de Iobelea explicantem. Animaduvertebamque ex re nostra, quæ flerentissima est Academia fore, ut ipse gymnastarum eius alijs nominibus postremus: sed officij sacros canones. 33. annos interpretãdi usu primus, hoc millesimo, quingentesimo, quinquagesimo eodemque iobeleo anno noua, & vetera sacrosancta matris decreta eadem de re statuentia auditorio meo id roganti extraordinaria exponerem prælectione. Quod & si nõ pro tanta, tamque utilis materie dignitate, certe pro nostra tenuitate magna cum intentione animi, parique Deo placendi, & errores fugiendi studio, diuina ope nisi sumus præstare efficereque, ut quiuis studiosus cõdonationum, siue indulgentiarum ecclesie cognitionem iam apud fontes earum imbibere possit, per eamque de his, quæ in riuulis longe à fontibus deductis exponuntur, iudicare. Quare te, candide lector, etiam atque etiam rogatum velim, ut hunc meum conatum ad gloriam Dei, reipublicaque utilitatem susceptum, aequi bonique consulas. Vale.

Conymbricæ Anno 1550.



AD EVNDEM LECTOREM.



ELECTIONEM, super qua scripseram ad te Christiane lector in Epistola præcedenti anno quinquagesimo, eodẽque Iobeleo, supra millesimũ quingentesimum Conymbricæ data, cum circiter quinquagesimum septimum ætatis meæ annum lōgissimè ab vrbe agerẽ, anno præsentis millesimo quingentesimo septuagesimo quinto eodemque Iobeleo, iam octogesimum secundum meæ senectutis intra. Urbem agens, recognitum, emendatum, & auctum, tibi eundem denuò edo, adiunctis tribus notabilibus continentibus duas Extrauag. S. D. N. Greg. XIII. glossis non omnino pœnitendis illustratas, & quarundam quæstionum resolutionibus comitatas: Opus quidem pro rei quam tractat, dignitate, & vrbis, & ætatis, in quibus tractatur, non satis ornatum, & politum, sed pro tenuitate mea, opera diligenti expensum & in gloriã Dei, & Christianæ rei vtilitatem, pio & candido animo directum, quam vt simili candore æqui bonique consulas, simul quæ videbuntur emandanda nos moneas, etiam atque etiam submissè rogo, & flagito. Cæterum ne te Episto-

Iam nuncupatoriam legētem remorētur illa, quæ quā
serenissimæ illi Principi cui nuncupabatur sperabantur
euentura, noueris eam fuisse à totis toto orbe celeberrimis
Castellæ Regnis, & ab omnibus aliis, quæ plurima
eademque maxima sunt, regnis ei annexis, in Reginam
desideratam, & omnium cōsensu, illiusque maximi Cæ-
saris Caroli V. eorum Regis Decreto, magno cum gau-
dio, à tota Lusitania, eiusque pientissimis Rege & Regi-
na suis fratribus acceptato, pacta, vt foeliciter nuberet
Philippo I. tunc omnium prædictorū regnorum Prin-
cipi & successori designato, & adeo quidem, vt ab omni-
bus iam in futuram Reginā animis coli, & à quā plu-
rimis verbis & literis salutari cœpisset. Quin & post nun-
cupatum hoc ei à me opusculum, Illustrissimus Roderi-
cus Gomez Princeps Ebuli Cubili Cæsareo præfectus
Vlixeponem Lusitaniæ Metropolem, vbi illa degebat,
ad ducendam eam nomine prædicti Philippi, magna co-
mitante caterua appulit, certaue hora insequentis diei
ad tantum, tamque pium, totique orbi Christiano paci-
ferum matrimonium celebriter contrahendum pridie
præstituta fuit, contractumque fuisset, si 24. horis tardius
venisset è Flandria Veredarius missus à Cæsare, qui in
dorso fasciculi literarū iam traditi Veredario in Hispaniam
destinato, hæc scripserat: Hoc temporis momen-
to nunciatum est, Regem Angliæ Eduardum, cui succes-
sura est soror eius Maria, mortem obiisse: Quare si non-
dum est contractum matrimonium cum Infante Dona
Maria, suspendatur: Quæ suspēsiō licet ab aliis quædam
regnorum Cæsaris foelicitas, & ab aliis prædictæ Infan-
tis infœlicitas quædam præcenseretur: Contra tamen
saltem ex parte euenisse visum est his, qui putāt ob eam
eorum

eorum æraria exhausta, & præter quædam alia mala, magna æs alienum contractum, ipsam verò quadatenus instar illius vnus, quæ: Gaudia matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem: Gaudia, nominis & honoris tantorum regnorum omnium consensu meritis assecuta, ab eorumdemque innumeris curis & molestiis præseruata, cum beatæ vitæ dulcore, quem sibi licet, quibus optimè affecta & dedita est, in diuina contemplanda pariunt, raram videri priorem similem, vel habere sequentem, id quod munus est rarum & peculiare Dei opt. max. ipsi virgini infanti Mariæ ab ea, de cuius nomine dicitur, Regina cœli præpotentissima virgine matre Maria obtentum, cuius & beati Ioannis Apostoli & Euangelistæ altera Maria geniti, & in eiusdem Mariæ maximæ filium substituti, cui ante portam Latinam in dolum misso dies hic sacer est, meritis & precibus spero fore, vt olim, cum hæc magna Maria indies maior, & gratior Deo facta, post annos Nestoreos in sedem aliquam regni cœlorum excelsam vocata, in amplexus maximæ Mariæ ruerit, ipse licet indignus fruar tanto spectaculo, ex aliquo eius angulo vnà cum multis aliis (quæ mihi semper peculiare fuere patronæ) Mariis, quibus omnibus me Mariæ genitum miserum commendo. Amen.



Extrauag. Elenchus.

1. §. In Leuitico à notab. 1. vsque ad 7. notab.
2. Extrauag. Antiquorum. de pœnit. & remiss. à notab. 7. vsque ad 12.
3. Extrauag. Unigenitus. eiusdem tit. à notab. 12. vsque ad 24.
4. Extrauag. Quemadmodum. eiusdem tit. à not. 24. vsque ad notab. 31.
5. Notab. 31. totam indulgentiarum summam continet, partim resoluendo, partim remittendo.
6. Extrauag. Indictionis anni Iobelei S. D. N. Greg. XIII. notab. 32.
7. Extrauag. eiusdem, suspensionis aliarum indulgentiarũ, not. 33.
8. Ceremonia aperiendi & claudendi portam sanctam, quibusdam quæsitis utilibus præmissis, not. 34.



COMMENTARIUS

DE IOBELEO ET INDVLGENTIIS

omnibus, in §. In Leuitico sub cap. Si quis aliquando de Pœnit. dist. prima, & in Extrau.

primam, Antiquorum, secundam Vnigenitus, & 4. Quemadmodum de

Pœnit. & remiss. olim anno

Iobeleo 1550. Conim-

bricæ æditus.



*Ad Sereniss. eandemque sui ordinis Principum florem
& decus & sidus resplendentissimum D.
Mariam Portugaliæ infantem.*

Authore MARTINO AB AZPILCVETA
Doctore Nauarro.

*Nunc autem Romæ, hoc anno Iobeleo 1575. recognitus, & auctus
ab eodem, adiectis de eadem re duabus Extrauag. S. D. N.
GREG. XIII. cum scoliis non Pœnitendis, noue additis hu-
iusmodi Asterisco* signatis.*

§. In Leuitico sub cap. Si quis aliquando.

De Pœnit. dist. 1.




N Leuitico & infra. In iobeleo plenaria remissio præstatur. Vnde per eum perfecta peccati remissio figuratur. Sacerdos ergo numerum annorum vsque ad iobeleum supputat, quum eius arbitrio pœnitentiæ tempora definiuntur, quibus quisque plenam peccati remissionem inueniat. Non enim (sicut Esitius ait super eundem locum) statim post definitam pœnitentiam quisque peccato plenè mundatur.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

I. Notabile de anno iobeleo, & de nominis deductione ac significatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Iobeleus annus Hebrais solennis.
- 2 Iobeleus, & iubileus, à variis variè scribi.
Sed aptius iobeleus: quia non à, Iubilo, sed à, Iobel, deducitur, numer. 6. & 9.
Idémque quod quinquagenarius, significat, nu. 3.
- 4 Iobeleis Hebraeos perinde vsos ac Græcos Olympiadibus, & Romanos Lustris.
- 5 Septimus dies septimus mēsis, septimus annus, & 7. hebdomadis annorū finis Hebrais sacer.
- 7 Iubilum, iubilare, iubilatus, esse Latinis: iubilus, & iubileus non esse.
- 8 Cantum in eadem dictione cur moratur ecclesia?
- 10 Iobeleus varia vario respectu Hebrais significasse.
- * 11 Iobelei anni christianorum initium an sit certum.



Missis aliis multis, quæ ex hoc. §. colligi possunt, æquæ ad alia multa capitula, & paragraphos huius distinctionis ac ad hunc pertinentia, colligam sex, quæ sequuntur notabilia ei peculiariora, & ad iobelei anni indulgentiam spectantia, mox collecturus alia ex omnibus quinque. Extrauag. de pœnit. & remiss. ad eandem pertinentia, eademque quotidiana.

PRIMUM igitur notabile sit, Hebræis fuisse annum, qui iobeleus eis appellabatur. Quod etiam colligitur ex glossa i. huiusmet §. & ex glossa Arch. Domi. & Alexandri. in summa distin. 7. Deinde manifestius ex cap. 25. & 27. Leuit. & c. final. Numer. & aliis multis sacre scripturæ locis.

- † Tertio id ipsum probatur ex eo quod verbū, *Iubileus*, vt vulgus pronuntiat, vel *Iobeleus* vt M. Antonius Sabelli. lib. 3. Enneadis i. vel iubileus, vt Cardinalis S. X. in præsentia, à voce illa Hebræa iobel, dicitur, secundum Nicolaum Liranum Leuit. c. 25. qui non latuit Card. Alexand. in d. summa de pœnit. d. 7. Quod ipsum ait etiam vbi supra M. Antonius Sabell. quanuis in alio dissideant, nempe in eo, quod Liranus, & Cardi. aiunt, vocem illam, *Iobel* significare buccinam, & ita annum quinquagesimum appellari iobeleum à clamore buccinæ, eo quod in septimo mense anni eum proximè præcedentis, secundum

vnum

vnum intelligendi modum, vel in septimo eiusdem anni iobelei, secundum
 3 alium, denunciabatur iobeus. Sed M. Antonius Eusebium sequutus ait, † vo-
 cem illam Hebræam *Iobel* significare quinquagenarium, idemque valere vo-
 cem illam *Iobeum* de illa à Latinis deductam. Cui consentire videtur etiam
 Polydo. Vergil. lib. 8. de inuentor. rerum cap. 1. sub finem: quatenus ait, annum
 quinquagesimum esse verè iobeum. Pro quibus videtur tex. vrgentissimus
 in cap. final. Numer. in illis verbis: *Cum Iobeus, idest, quinquagesimus an-
 nus, &c.* Per quem significatur, verbum iobeum, siue iobileum siue iubi-
 leum idem significare, quod quinquagenarius, & ita annus Iobeus perin-
 de sonare ac annus quinquagenarius. At constat Hebræis annum quinqu-
 4 genarium fuisse celeberrimum, per cap. 25. & 27. Leuit. & cap. final. Numer.
 Et per id memorabilissimum Marci Antonij, vbi supra, s. † Hebræos illo spa-
 cio iobeleo, hoc est, quinquaginta annorum, dimensos fuisse annos à pro-
 toplasto, vt Græci postea Olympiadibus, & Romani Lustris dimensi fuerunt.
 Ergo etiam constabit Hebræis fuisse annum iobeum. Quarto facit, quòd
 sicut sacra scriptura attestante, Exodi. 20. & Leuit. 23. teste item Iosepho 3. lib.
 5 de Antiqui. † Moyses, aut potius Deus ipse per Moysen statuit, vt inter dies,
 septimus quisque, hoc est sabbatum obseruaretur: & sicut in d. cap. 23. statuit, vt
 inter quosque menses cuiusque anni septimus esset sabbatum mensium, in
 quo solennia sacra agerentur, quæ sabbata sabbatorum dicebantur, secun-
 dum prædictos autores & sicut in cap. 25. eiusdem lib. institutum fuit, vt inter
 annos septimus quisque ita obseruaretur, vt terra eo anno vacaret, &c. Sic
 etiam statuit Leuit. 25. vt quicumque annus, qui primus septem annorum heb-
 domadas in se queretur, hoc est, quinquagesimus iobeus diceretur: vt ex con-
 6 text. & gloss. d. cap. 25. Leuit. colligitur in illis verbis: *Numerata quoque tibi sep-
 tem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt quadraginta
 nouem, & clanges buccina mense septimo.* Ex quibus omnibus satis confirma-
 tum restat primum, s. Hebræis fuisse annum, qui iobeus dicebatur: simul in-
 fertur primo † Ioh. ab Anna. à Felin. in ferm. de indul. Diuo Anto. par. 1. cap.
 3. & aliis satis probatum, incautè significasse in tract. de Iubileo pos. post ru-
 bric. de crim. fals. anno 1450. verbum iubileum, descendere à verbo, iubilus, per
 glo. sing. Clem. 1. §. Intelleximus de reliq. & venerat. sanct. verb. iubilet, Tum
 quia glo. illa nihil de iobeleo ait: sed significatione verbi *Iubilet*, in illa litera
 7 positi explicat. † Tum, quia licet verbum *Iubilum* genere neutro planè La-
 tinum sit, iuxta illud Sil. Ital. lib. 14. *Et lasis scopulis audiuit iubila Cyclops*, &
 significet id, quod glo. singul. Clem. 1. de reliq. & vener. sanctorum ait signi-
 ficare verbum *Iubilus* s. gaudium, quod nec verbis explicari, nec penitus
 reticeri potest. Et licet à voce iubilum, descendat iubilare, quod, vt Festus
 inquit, est voce confusa inclamare præ gaudio, iuxta illud Psal. 94. *Iubilemus
 deo saluari nostro.* Et rursus: *In psalmis iubilemus ei*: & psal. 97. & 99. & psal.
 8 46. † vbi Thom. ait iubilum esse lætitiã immensã, quæ verbis exprimi
 non potest: sed voce datur intelligi: ad quod significandum ecclesiam ait mul-
 tiplicare solere notas in eadem dictione. Et quamuis à iubilo verbo des-
 cendat iubilatus, pro clamore rusticorum lætitiã præ se ferente, autore

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

Varrone, & Valla, secundum quos clamor eiusmodi vrbanoꝝ quiritatus dicitur. At verbum *Iubileus* pro re ad iubilum pertinente nusquam apud Latinos est.

II. infertur verbum, *Iobelem*, à nulla diçtione latina, vel Græca descẽdere: sed ab illa Hebræa, *Iobel*.

9 III. † rectius pronuciari iobileus, vt Card. S. X. hic pronunziat, quam iubileus, vt vulgus, & rectius iobeleus, vt M. Anton. Sabel. quem in hoc sequemur, sine tamen vlla offensione illius, qui aliter pronuciãdum scribendũm duxerit.

Contra tamen hæc omnia facere videtur, quod gloss. interlinearis cap. 25. Leuit. Iobeleum interpretatur remissiuum, vel initiatiuum & quod magister historiarum super c. 14. Genes. dixit, iobel, significare initium, vel remissionem. Et quod Isidorus lib. 5. Etymolog. verbum *Iobeleum*, interpretatur annum remissionis. Et quod certam sonitus, vel buccinæ speciem significare videtur
10 Iosue 6. ibi: *Tollant septem iubileorũ buccinas*. Sed responderi potest † verbum, *Iobel*, varia significare, & æquiucũ esse Hebræis, sicut & alia innumera, & ita annum quinquagesimum dici potuisse Hebræis Iobel siue iobeleum vario respectu: remissiuum quidem, quod remissionem induceret: & initiatiuum, quod ad initium, & primum statum res, & personas reduceret: & buccineum, siue sonitus buccinarum, eo quod buccinarum sonitus eum prænuntiaret, vel notificaret, nullo tamen respectu propriè, & ex vi vocabuli significare lætum, vel lætificatiuum: quamuis ab effectu dici posset tale, eo quod ea, quæ
* inducebat ille annus, maxime læta erant, & lætificabant.

His pridem anno 1550. (vt in epistola ad lectorem diximus) Conimbricæ æditis, addo nunc Rome 75. supra 1500. denuò ædendis, Quod quamuis Iohan. Friburgen. in tractatu de Indulgentiis quæst. 6. dicat nil certi se inuenire potuisse de initio anni Iobelei sub lege noua, præterquam quod vulgatum est centesimum quemque annum à Natiuitate Christi fuisse talem quamuis item Platina de vit. Pontifi. nulli eorum ante Bonif. VIII. relationẽ Iobelei ascribat, glossa tamen extrauag. 1. de pœnit. & remis. infra not. 7. transcripta, affirmat fuisse tunc prædictam opinionem vel fidem vulgatam: Iacobus item S. Georgij in velabro Cardinalis: in libro de centesimo seu iubileo, testatur, anno millesimo tricentesimo, ingentem multitudinem ex longinquis & diuersis Regionibus confluisse in vrbem Romam ad sacram Beati Petri Basilicam properantem, cuius rei causam esse dicebant centesimi anni tempus, quo omnium culpam fordes abluerentur, & Tunc prouecta ætatis hominem fuisse, qui recordaretur patrem suum superiore centesimo venisse Romam ad consequendas indulgentias, à quo etiam admonitus fuerat, vt si ad venturi centesimi tempus perueniret, non graueretur Romam venire: Addit idem scriptor, multos, tum ex Gallis, tum ex Italis superstitibus fuisse qui eandem rem meminissent. *

II. Notabile de remissione anni iobelei.

S V M M A R I V M.

I Iobeleo anno veteris legis quanta remittebantur.

Secundo noto, remissionem temporariorum debitorum, solitam fuisse fieri **S**hëbrais in anno iobeleo. Habet enim textus *In Iobeleo plena remissio præstatur.* Et constat ex eo, quòd illo anno serui libertate donabatur, debita relaxabantur, & prædia diuendita ad antiquos possessores reuertebantur. imo, & exules quoque, in patriam & pristinam libertatem redibant, iuxta illud Leuit. 25. *Sanctificabisq; annum quinquagesimum: & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terra tua. Ipse est enim iobeleus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & unusquisque redibit ad familiam pristinam: quia Iobeleus est & quinquagesimus annus.* Imo, & in carcerem coniecti soluebatur, secundum Archid. Domi. & Alex. dist. 7. in summa. Sed contextus sacræ scripturæ id non aperit, quod etiam animaduertit præfatus Ioh. ab Anna. vbi supra.

III. Notabile de remissione anni Iobelei, an significaret indulgentiam anni nostri Iobelei.

S V M M A R I V M.

I Iobeleus annus veteris legis quod Iobeleum noua legis præfigurabat.

Tertio noto, eam remissionem temporariam plenam, significasse remissionem spiritualium quoque plenam sub lege gratiæ concedendam. Habet enim tex. Per eum s. Iobeleum, perfecta peccati remissio figuratur. Ad idem est illud hymni diei Pentecostes: *Patrata sunt hac mysticè, Pascha peracto tempore, sacro dierum numero, quo lege fit remissio.* Per quod palam testatur ecclesia catholica, remissionem illam plenam anni Iobelei, siue quinquagesimi olim fieri solitam, significasse diem illum Pentecostes. i. quinquagesimum, in quo plenissima peccatorum remissio cum magnis donariis data fuit Apostolis, & sociis suis, danda postea per eos aliis, iuxta illud Act. 2. *Dum compleverunt dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco: & factus est repente de cælo sonus, tanquam aduentantis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes, &c.* Idque palam testatur Clem. 6. in Extrauag. Vnigenitus. col. 2. de pœnit. & remiss. in xij. nota. infra transcripta. Facit etiã id quod latius prosequitur diuus Anton. par. 1. c. 10. §. 7. & nos merito omittimus. s. quòd Iobeleus in Abrahamo fuit inchoatus, in vetere lege præfiguratus, tempore gratiæ perfectus, à summo Pontifice plenaria indulgentia decoratus. Et hoc notabile verum quidem est in sese. At ex hoc text. parum efficaciter illud colligas. Non enim habetur, in eo, plenam peccati remissionem hoc, vel illo die, aut anno factam, præfiguratam fuisse per remissionem anni Iobelei: Sed quòd

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

plena remissio peccati quæ per pœnitentiam iustam, & sufficientem peccatori contingit significabatur per illam; quod longe diuersum est ab hoc notabili.

IIII. Notabile de anno Iobeleo Hebræorum, an hunc nostrum figurasset.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iobeleus annus Hebræorum non figurabat nostrum.*
- 2 *Iobeleus annus primum fuit Christianis centesimus, deinde quinquagesimus postea trigessimus tertius nunc est vigesimus quintus.*
- 3 *Iobeleus annus Heb. in quibus similis nostro.*

Quarto notat Cardinal. nu. 98. annum, quem nunc Christiani appellamus Iobeleum, fuisse per illum Hebræorum antiquum præfiguratum. Pro quo facit Extrauag. Vnigenitus. §. Nos autem. in qua Clemens 6. statuit, vt quinquagesimus quisque annus esset Iobeleus; cum tamen ante illam solus esset, centesimus, assumens hoc notabile ferè pro ratione in hæc verba: *Attendentes, quòd annus quinquagesimus in lege Mosaica (quam non venit soluere, sed spiritualiter adimplere) iubileum remissionis gaudij; sacerque dierum numerus, quo lege fit remissio, censebatur.* † Hoc tamen notabile parum nobis arridere videtur. Tum, quia Extrauag. 1. de pœn. & re. in 7. not. infra transcripra, per quam omnium primus Bonif. 8. hunc annum in scriptis redegit, vt in illo 7. notab. dicitur, nihil de anno vetere iobeleo loquitur. † Tum, quia illū non statuit quinquagesimum: sed centesimum, vt patet in ea. Tum, quòd mille trecentis annis ab orbe redempto, nullus fuit annus quinquagesimus, qui sua remissione referret illum legis antiquæ annum Iobeleum, vel quinquagesimum: & par videretur credere, quod antea fuisset institutus, si, vt notabile hoc habet, per illum Mosaicum fuisset præfiguratus. Tum, quòd iam hodie non quinquagesimus annus, sed vigesimus quintus est nobis Iobeleus: iuxta Extrauag. Sixti 4. Quem admodum: eiusdem tit. de pœnit. & remiss. in notabili 12. infra trāscriptā. Nec §. hic probat hoc notabile, cum, vt paulo ante monstrauius, nec præcedens notabile probet. Nec §. ille, Nos autem. Extrauag. Vnigenitus. id conuincit. Quia non habet per annum quinquagesimum, & Iobeleum veteris legis, significatum fuisse hunc Iobeleum nostrum; sed quod par videbatur, vt Christianis quinquagesimus annus esset Iobeleus, & remissionis spiritualis, sicut Hebræis olim quinquagesimus annus fuisset Iobeleus, & remissionis temporalis. Neque probat rex. ille, Christum adimplese figuram illius anni per hunc nostrum, sed per missionem Spiritus sancti in die Pentecostes, qui à resurrectione dominica quinquagesimus fuit, factam.

- 3 Fateor † tamen hunc annum Iobeleum nostrum in multis similem esse illi. Vt enim ille buccina sic iste voce Apostolica prænuntiatur. In illo labor colendi terram omittebatur: in hoc labor proprius excusatur per laborem & merita

rita Christi, & aliorum sanctorum. In illo debita temporaria: in hoc spiritualia condonantur. In illo libertas temporalis: in hoc spiritualis restituitur. In illo possessiones terrenæ ab alienatæ recuperabantur: in hoc virtutes, & merita per peccatum perditâ. In illo denique exules in patriam redibant: per hunc exules à cœlo, quæ patria nostra est, & in hac lachrymarum valle pererrantes, habiles fimus, quo ad eandem reducatur. Amen.

V. Notabile de indulgentia, quòd utilis sit, licet hic non probetur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Indulgentiam utilem esse, licet hic id non probetur.*
- 2 *Indulgentiam quarere etiam perfectorum esse, quia licet ea ipsa non sit meritum, quo tamen acquiritur, opus meritorium est, nu. 3.*
- 4 *Pœnitentiæ actio non solum pœnam peccati tollit, sed etiam medetur cauetq; peccato.*

1 **Q**uinto nota Cardin. nu. 5. † remissionem, siue condonationem pœnæ peccato debitæ, quam indulgentiam appellamus, multum valere iis, quibus conceditur. Quod verum quidem est, & necessario cuique fidelium credendum, ut in 7. 8. & 20. notabili ostenditur: id tamen ex hoc §. non colligitur efficaciter. Quoniam licet de remissione pœnæ temporalis agat: non tamen de ea, quæ per indulgentiam fit: sed de ea, quæ per absolutionem sacramentalem, & pœnitentiâ à sacerdote iusto arbitrio taxatam, quam non esse indulgentiam diffinitio eius in not. 20. declaranda conuincit. Probatur autem ea ratione: primo, quod per indulgentias tollitur obligatio implendi totam pœnitentiâ impositam, vel aliquam eius partem. Deinde quod etiam absoluitur quis à pœna temporali in purgatorio sustinenda. Quoniam ut ait Palud. communiter receptus in 4. d. 20. q. iiii. art. 2. lucranti. 20. annorum indulgentiam tantum pœnæ purgatorij condonatur, quantum per totidem annorum pœnitentiâ condonatum fuisset. Quod probant, Extrauag. 2. de pœnit. in not. 12. infra transcripta, & decem notabilia, quæ ex eo excerpemus. Ex quo inferitur, † errare illos, qui putant imperfectorum tantum esse, quærere indulgentias, eo quòd quærere indulgentiam non videatur meritorium. Et quòd perfectorum est, amplecti pœnas, & sistere crucem Christi, cum tamen quærere indulgentiam sit eas fugere. Et quòd secundum omnes consilium pium est agere pœnitentiâ iniunctâ, etiâ si per indulgentiâ sit cõdonata. Inferitur in quâ ex hoc notabili, errare illos, qui hoc dicunt. Tû, quia velle indulgentias, est velle satisfacere per alias pœnas iustitiæ diuinæ modo licito: quod cû licitû, & bonû sit, factû ab existente in gratia Dei erit meritoriû, & viro perfecto dignû. Tû, quia perfectorum est cupere dissolui, & esse cum Christo, & per cõsecutionem tollere impedimenta, quibus si cõtingeret dissolui, remorari possent à pœsentia Christi. At indul-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

gentia tollit hæc impedimenta omnia, vel aliqua. Neque fundamenta sua iuuant aduersarium. † Quoniam licet indulgentia ipsa non sit meritum: velle tamen illam debito modo, & facere opus pium ad id necessarium meritorium est. Et quia satisfecisse Deo per pœnas alienas non impedit voluntatem satisfaciendi ei per proprias, neque executionem consilij de implendo pœnitentiam per indulgentiam condonatum. Quia † licet adimpletio illa non proficit ei fortè quo ad satisfaciendum, proderit tamen ad merendum, & ad medendum peccatis, & ad ea multo maiore odio prosequendum: ad quæ doni indulgentiæ tam liberaliter sibi dati gratitudo mouere magis debet & impellere. Ex quo subinfertur imperfectionis esse quærere indulgentiam, quò post eam habitam tepidè Christo inseruias, & minus medelæ cautelæque peccatis impediendis, & vitij extirpandis impendas. Quod plus satis nostrum seculum facere vereor.

VI. Notabile de indulgentiæ, & iobelei plenitudine.

S V M M A R I V M.

- 1 *Indulgentiam iobeleam plenam, sed hic non probari.*
 - 2 *Indulgentiæ causa, pauperis subuentio omittitur, nisi &c. nu. 4. 5.*
 - 3 *Maria Magdalena suo nos exemplo docuit officia ciuilia, pauperum causa non omittenda, nu. 4.*
- 1 **S**exto notat Cardinalis, nu. 93. † Indulgentiam anni Iobelei, eius causa Romam euntibus concessam, plenariam esse. Quod tamen ex hoc §. mea sententia non colligitur efficaciter. Illa enim, per quæ proxime in principio præcederis notab. & antea in fine tertij & quarti dicebam ea non probari, in hoc §. conuincunt, neque hoc ex eo efficaciter colligi. Notabile autem hoc verum est in sese, per Extrana. Antiquorum. quæ prima est, de pœnit. & remissio. quæ in fine eam appellat plenam, largiorem, imò plenissimam peccatorum omnium veniam. Cuius tenorem notabili sequenti inferam: Et per Extrava. illam singularissimam Clementis 6. quæ incipit, Vnigenitus. de pœnit. & remissio. col. 2. in illis verbis *plenissimam omnium peccatorum veniam consequantur*. Cuius tenorem in 12. notabili ponam. An autem † liceat cuiquam hoc anno adire Romam causa deuotionis, quærendæque indulgentiæ impendendo pecuniam in itinere, quam si non iret, erat pauperibus erogaturus? Respondeo, licere. Tum, quia Thomas de Vio de thesauro. indulg. qu. 3. respondit licere cui in indulgentia quærenda impendere, quod alioqui pauperi erogasset. Tum, quia pia Magdalena † reprehensa à discipulis, quòd vnguentum, cuius pretium pauperibus dari potuit, in pedes Christi effudisset, benignè fuit ab eodem defensa Math. 26. & Ioh. 12. Tum, quia ex eo colligitur, humanitatis officia, quæ & certo loco, & tempore debentur, non esse omittenda propter communia inde-
- terminatè

terminatè proximis debita: vt pulchrè colligit Thomas de Vio ientac. i. ex eo
 4 subinferens † maiestatem diuinam nolle, vt Christianus prætermittat con-
 iuiuium nuptiale, officium sepulturæ, politicum conuietum cum ciue, & fami-
 lia, vt largiores eleemosynas efficere valeat. Tum, quia licet pecuniæ in elee-
 mosynas pauperum erogatæ plus defunctû iquarent, quàm honorabiles exe-
 quia: non tamen peccaret, qui has moderatas faceret: quia bonitas vnus rei
 5 melioris non tollit bonitatem alterius minoris: cum bono melius detur l.
 Vbi autem non apparet. §. final. ff. de verb. oblig. Neque obstant ea, quæ
 contra se in simili adiecit Thom. de Vio. de thesauro indulg. q. 3. quia eis ipse
 met respondet ibidem. Et breuius resoluas, si dicas, quod talis † posset esse
 pauper, & eo tempore, & loco petere, vt oporteret ei subuenire, & Ro-
 manam profectiõnem ob hanc causam relinquere. Si tamen necessitas eius
 non esset extrema, vel adedò grandis, vt merito concluderet peccatum sal-
 tem veniale in non subueniente pauperi, licet superflua status non haberet,
 tunc licitè posset quis peregrinari Romam: etiam si fortè gratius esset Deo,
 impensas itineris, pauperibus eas petentibus erogare.

VII. Notabile, de origine, & antiquitate indul-
 gentiarum.

S V M M A R I V M.

- 1 Extrauag. i. de pœnit. & remis. tenor.
- 2 Indulgentiarum inuentum non esse nouum.
- 3 Gregorius autor stationum, siue ceremoniarum Romæ statuarum.
- 4 Iobelei inuentorem non fuisse Bonifacium, contra Polyd.
- 5 Indulgentiarum mentio cur olim rara, & nunc frequens: sicut & purga-
 torij, nu. 6. quia ex hoc illa pendent. nu. 7.
- * 6 Purgatorij mentio, cura, & timor vt sunt antiqua & non noua nu. 8.

VII. loco inferam tenorem Extrauag. i. de pœnit.
 collecturus ex ea notab. septimum.

T E N O R E X T R A V A G.

i. de pœnit. & remissio.

1 **A**Ntiquorum habet fida relatio, quòd accedentibus ad honorabilem basi-
 licam principis Apostolorum de vrbe, concessæ sunt magnæ remissiones,
 & indulgētia peccatorum. Nos igitur, qui iuxta officij nostri debitum salutem
 appetimus, & procuramus libētius singulorum, huiusmodi remissiones, & in-
 dulgentias omnes, & singulas, ratas, & gratas habētes, ipsas autoritate Apo-
 stolica confirmamus, & approbamus, & etiam innouamus, & presentis scripti
 patrocinio communimus. Vt autem beatissimi. Pet. & Paul. apostoli, eo am-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

plius honorentur, quo ipsorum basilicæ de vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex huiusmodi frequentatione magis senserint se refertos: nos de omnipotentis Dei misericordia, & eorundem Apostolorum eius meritis, & autoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus in præsentis anno millesimo trecentesimo à festo Natiuitatis domini nostri Iesu CHRISTI præterito proxime, inchoato, & in quolibet anno centesimo sequuturo ad basilicas ipsas accedentibus reuerenter, verè pœnitentibus, & confessis, vel qui verè pœnitebunt, & confitebuntur, in huiusmodi præsentis, & quolibet centesimo sequuturo annis, non solum plenam, & largiorem, imò plenissimam omnium suorum concedimus veniam peccatorum: statuentes, vt qui voluerint huiusmodi indulgentiæ à nobis concessæ fieri participes, si fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis, seu interpolatis, & saltem semel in die: si vero peregrini fuerint, aut forenses, simili modo diebus quindecim ad basilicæ easdem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicæ ipsas amplius & deuotius frequentabit. Nulli ergo, &c.

2. Noto igitur 7. in hac Extrauag. 1. de pœnit. † remissiones, siue condonationes, & indulgentias peccatorum non esse nouum inuentum, vt noui hæretici somniant, sed rem esse in Christiana ecclesia valde antiquam. Sunt enim iam lapsi ducenti & quinquaginta anni ab hac Extrauaganti, quæ condita fuit anno 1300. vt in eadem in §. Nos exprimitur. At ante id tempus, antiquorum habebat fida relatio, accedentibus ad honorabilem basilicam principis apostolorum magnas remissiones, & indulgentias peccatorum esse concessas. Ante illam Honorius 3. de illis statuit in cap. Nostro de pœnit. Ante Honorium Innocent. 3. restrinxit potestatem concedendi eas Episcopis in concil. generali. cap. Cum ex eo. eod. tit. Ante Innocent. etiam Abbates eas concedere solebant. Quod tamen ipse cum concil. prohibuit cap. Accedentibus de excess. prælar. Ante eundem Alexander iii. ad quæstionem de indulgentiis propositam respondit in cap. Quod autem de pœnit. Longe † ante illum magnus ille, ac primus Gregorius creatus pontif. summus anno 619. stationes, seu ceremonias statas ad indulgentias querendas Romæ statuit, (secundum Thom. in 4. d. 20. q. 1. art. 3. Et quod euntibus ad bellum sacrum terræ sanctæ indulgentia fuit concessa, colligitur ex cap. Excommunicamus de hæret. imo quod illa indulgentia fuit plenaria, sine dubitatione affirmatur per omnes in cap. Ad liberandam de Iudæis ob partem eius decisam.
3. Adde † quod quamuis Poly. lib. 8. cap. 1. de inuentoribus rerum, primum authorem iobelei fecerit Bonifacium octauum, huius Extr. uag. conditorem: Ioh. tamen Monachus qui eius tempore floruit Cardinalis, in 4. col. g. 9. prædictæ Extrauag. 1. ait, vulgatam rem eo tempore fuisse, quod illa iobelei indulgentia centesimo quoque anno semper concedi solita fuerat, * & longe ante illum testatus fuit Iacobus Cardinalis Sancti Georgij ea quæ sup. notat. 1. num. 11. retulimus. * Quare Bonif. 8. potius videtur nouasse, & in scriptam constitutionem omnium primus eam redelegisse quam inuenisse: quod satis significatur illis verbis eiusdem (Præsentis scripti patrociniò communimus)

Indulgentiarum autem fundamentum continet notat. XIII. infra eo. & earum Constantiens. concil. approbationem notat. 8. Nilominus fatemur cum Communi nullum esse in sacris literis testimonium earum apertum: nullum item antiquorum doctorum Græcorum, aut Latinorum expressum, 5 vt ait Anton. prima par. tit. 10. cap. 3. in prin. Quare autem † apud antiquos tam rara, & apud recentiores tam frequens sit indulgentiarum mentio, docuit vir. ille sanctiss. & Episcopali, ac Cardinalitia dignitate reuerendiss. & illustriss. & catholicæ veritatis martyr, & testis clarissimus Iohannes Rossensis in articul. 18. contra Lutherum. Cuius ea de re verborum summa est, quòd non certò constat à quo primum tradi cœperunt. Quòd nonnullus earum vsus (vt aiunt) apud Romanos fuit vetustissimus. Quòd multa de euangelis, & aliis scripturis sunt nunc excussa luculentius, & intellecta perspicacius, quàm fuerant olim. † Quòd nemo iam dubitat orthodoxus, an purgatorium sit, de quo tamen apud priscos illos nulla, vel quàm rarissima fiebat mentio. Quòd non fuit tam necessaria, siue Purgatorij, siue indulgentiarum fides explicita in primitiua ecclesia, atque nunc est. Quod tunc ad eòd charitas ardebat, vt quisque paratissimus esset pro CHRISTO mortem optetere. Quòd rara erant crimina: & ea, quæ contingebant, magna canonum feueritate vindicabantur. Quòd nunc bona pars populi, magis Christianissimum exueret, quàm rigorem canonum pateretur. Quòd dum nulla fuerat de 7 Purgatorio cura, nemo quæsiuit indulgentias. Quia † ex eò pendet omne indulgentiarum pretium. Quòd indulgentiæ cœperunt, postquam ad purgatorij cruciatus trepidari cœpit. His causis addit aliam Innocen. in d. cap. Quòd autem num. 5. scilicet quòd ante tempus Gregorij, non satis poterat fieri conuentus magnus Christianorum: quæ tamen non videtur firma. Ait item etiam ante illum solitas fieri huiusmodi indulgentias: licet non ita frequenter, ac ab eo, & post eum. * Non obstat prædictis quod ex illo Math. 16. (Quodcunque solueris &c.) relato in cap. Quòd cunque 24. q. 1. & latissimè inducto à Rossen. in art. 19. contra Luther. & ex illo 2. ad Corinth. 2. (si quid donauit vobis propter vos in persona Christi) adiunc. expositione Theodoret, Oecumenij, Ambrosij, Theophylacti, Chrysostomi, & aliorum illud exponentium, & ex multis, quæ doctissimus Medinas citat disput. 4. cap. 12. & disput. 5. cap. 23. de indulg. efficaciter colligatur, quòd indulgentiarum vsus iam inde ab Apostolis cœpit, quod confirmat historia Martini poloni, & Theodorici, qui fuit post illum, à nemine citata: quæ prodit à Cleto Rom. pontifice responsum, peregrinationem illorum, qui venirent ad visitationem S. Petri, esse duorum annorum ieiunio ad salutem validiorem. Non inquam hæc obstant quia aliud est dicere non esse formaliter expressum in sacris literis, nec Doctoribus antiquissimis, prædictas indulgentias ab ecclesia concedi posse, & debere, quod D. Anton. & superiora intendunt; aliud dicere colligi ex eis efficaciter eas concedi posse & debere, quod in contrarium citata & infrascripta not. 13. probant, & esse de fide Catholica, declarat Concil. Trid. sess. 25. in Decreto de Indulgent. omnium quæ hætenus coacta sunt œcumenicorum nouissimum quidem sed amplitudine, utilitate, & decisionum catholicarum varietate fortasse primum. Illud item Ioh.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

Roffen. supra relatum, scilicet: Quod de purgatorio apud prisicos rarissima, aut nulla fiebat mentio, Intelligendum est de mentione formali, per hoc verbum nunc vulgatissimum (purgatorium, siue locus purgatorius) non de illi æquipollenti: omnia enim loca, quibus probatur, frequentissime & quasi semper culpam mortalem per solam contritionem vel attritionem, & sacramentum pœnitentiæ deleri, commutata pœna æterna in temporalem, vel aliquos cum gratia Dei gratum faciente, sed cum peccatis venialibus decedentes, cruciari, antequam ad visionem Dei perueniant, illam faciunt. E quibus est illud 2. Machab. 12. (sancta & salubris est cogitatio pro defunctis orare) & illud 1. ad Corint. 3. (Qui ædificat super hoc fundamentum &c.) Irrefragabiliter à Thom. 1. 2. q. 89. art. 2. cum mentione formali purgatorij, inductum, & ab Augustin. prius lib. 21. de ciuit. Dei cap. 21. & 27. tractatum, licet absque tali mentione formali, qui tamen in sermone 41. de Sanctis, cuius pars refertur à Gratiano in cap. vnum orarium 25. dist. de igne purgatorio in tit. & in corpore sermonis ter, vel quater formaliter meminerit, quod ipsum facit in Enchyridio cap. 69. relatus in cap. Qui in aliud 25. dist. & alia quæ post alios adducit Sotus post hæc nostra in 4. dist. 19. q. 3. art. 1. & F. Medin. in tractat. de Indulgent. disput. 7. & alij alibi, præsertim illud Dionisij coætanei Apostolorum de Eccles. hierarch. cap. 7. par. 3. relatum, à prædicto Soto in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. videlicet: Nam venerandus Antistes precem sacram supra mortuum agebat, vt Deus peccata dimittat per infirmitatem humanam admissa, eumque in luce statuatur in regione viuorum, in sinibus Abrahamæ, Isaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor, & tristitia & gemitus, Quo ritu etiam nunc vtitur ecclesia. Illud item Roffensis (dum nulla fuit de purgatorio cura) & illud (postquam ad purgatorij cruciatus trepidari cœpit) non ita sunt accipienda, vt credatur fuisse vllum tempus, in quo explicite vel implicite, formaliter vel æquipollenter, non fuerit cura, & timor purgatorij, sed quod non fuit tam formalis, & tam frequens, & explicita mentio, & cura, & timor de illo à principio quam postea fuit per supra dicta.

VIII. Notabil. de indulgentia, & remissione, quod idem sint, &c.

S V M M A R I V M.

1. *Indulgentia peccati, & remissio peccati, idem: licet non, remissio omnium peccatorum, & indulgentia peccatorum nu. 3.*
2. *Indulgentia verbum saltem per translationem remissionem significare.*
4. *Indulgentiam non esse piam fraudem: & per eam solam effici, vt passio innocentis membri vnius, pro alterius eiusdem nocentis satisfactione accipiatur.*

VIII. Principaliter noto in eadem Extrauag. in 7. notab. transcripta, indulgentiam peccati, & remissionem peccati idem esse. Nam id, quod Extrauagans hæc in initio appellat remissiones, & indulgentias, postea in §. Nos, appellat veniam. Et postea, & remissiones, & indulgentias supra nominatas solo verbo indulgentiæ comprehendit. Facit quod in diffinitione indulgentiæ in notab. 20. ponenda, remissio ponitur, pro genere. Et quod huiusmodi remissio à prælato sine sacramento facta, nihil aliud est, quam indulgentia, iuxta Extrauag. 2. de pœnit. in notab. 12. transcripta, & in 14. notab. tradita. Contra tamen hoc facit primo, quod indulgentia non est Latinis remissio, vel condonatio: sed mollis tractatio secundum Quintil. lib. 1. Instit. & Vallam lib. 4. cap. 3. vt latius in notab. 20. dicemus. Deinde quod summaria stationum Romanarum, nonnūquam habent vno & eodem die in altera ecclesia remissionem omnium peccatorum concedi: in altera verò indulgentiam plenariam. Postremo quod hæc Extrauag. bis, nempe in principio, & in §. 1. verb. remissiones, cum verb. indulgentiæ copulat: quæ nisi diuersa significarent non videntur copulanda neque inculcanda arg. gloss. celebris rubr. ff. de iuris & facti ignorantia. Ad horum primum respondeo primo, † quod quicquid dicat Valla, indulgentia pro remissione peccati ponitur in l. fin. C. de abol. & indulgentia crimen abolere dicitur apud iuriscōsultum in l. Lucius. ff. ad Senatuscop. Turpil. & de molli educatione, quam latinissime significat, secundum omnes, facile ad condonationem, quæ blandities quædam est, transferri possit. Secundo respondeo, frequens esse doctis, præmissa propria, & Latina voce, adicere vulgatam, licet minus Latinam, quæ idem clarius significet: licet frequenter adicere soleant (vt aiunt) vel aliud simile. Ad secundum respondeo primo, quod illa diuersitas fortassis non est in originali gratia: sed tantum in summaris. Secundo, † quod remissio omnium peccatorum, & indulgentia plenaria differunt: quia hæc est genus, & illa species, vt in not. 10. dicam. Sed non ex eo inferitur, quod remissio peccatorum, & indulgentia peccati omnino differunt: sicut etiã animal rationale, & sensibile vt genus & species differunt: sed ex eo non sequitur, quod animal & sensibile omnino differant. Ad tertium, quod coniunctio illa copulatiua &, sæpe expositiuè, pro id est, assumitur: vt in l. ff. de pact. Vel alterum resoluitur in adiectiuum, vt sit sensus: indulgentias remissiuas, sicut glos. d. l. 1. illud copulatum, placitum & consensus in (placitus consensus) resoluit: & causa iungendi illas duas voces tacta est in responsione ad primū.

Ex iis inferitur primo, eodem modo diuidi remissionem, quo in notab. 10. diuidemus indulgentiam. Secundo inferitur, falsam, & impiam esse antiquorum, & recentiorum hæreticorum sententiam, quæ habet, † indulgentias in nihil aliud valere, quàm vt sint piæ quædam fraudes, quibus pia mater ecclesia, falsis præmiis indulgentiarum propositis, ad pia opera suos filios prouocat, puta ad ieiunia, peregrinationes, elemosynas, audiendum verbum Dei, & similia. Sicut pia mater filium paruulum prouocat ad ambulandum, præmonstrato pomo, quod postea ambulanti non præstet. Cuius sententiæ falsitas patet ex hoc notab. per quod patet, indulgentias esse veras peccatorum remissiones. Impietas autem prædictæ sententiæ patet ex eo, quod est contraria penitus concilio generali c. Cum ex eo, de pœnit. & remissio. & c. Accedentibus. de

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

excess. prælat. & concil. Lugdunensi c. final. de pœnit. & remissio. lib. 6. Et eam damnauit concilium Constantiense Sessione 8. inter 45. articulos Io. V. uiceliff. * Quod & grauissime damnauit predictum Concil. Trid. sess. 25. in Decret. de Indulgentiis. * Nec iuuat eos, quod secundum mensuram delicti debet esse plagarum modus, Deut. 25. & c. Non afferamus. 24. q. i. quoniam per indulgentiam non fit, ut non sustineatur plagæ, quas delictum meretur: sed ut non sustineatur ab eodem membro, quod deliquit. Quia † per indulgentiam solum fit, ut pœna suapte natura satisfactoria unius membri innocentis alicuius corporis iusta de causa applicetur satisfactioni pœnæ alterius membri noxij eiusdem corporis. Non iuuant etiam alia quædam, quibus Roffen. art. 17. & aliis sex, quæ proxime sequuntur, latè post se antiquiores, & ante se recentiores respondent. Quod autem hæc indulgentiæ non tam facile toties, & tam copiose, ac vulgus putat, acquirantur, in not. 15. 16. 17. & 20. dicemus.

I X. Notab. de plena, & non plena indulgentia.

S V M M A R I V M.

- 1 *Indulgentia plena, & non plena, & plena triplex: & non plena quid noue. nu. 2. & quid plena noue. nu. 3. & quid plena in specie, plenior, & plenissima, nu. 4.*
- 5 *Restitutio plena, & plenissima, ut differant.*
- 6 *Pleno plenius dari quo modo.*
- 7 *Indulgentia plena concessa, non esse concessam pleniorē, aut plenissimā, quia stricti iuris est, nu. 8. qua ratione, nu. 9.*
- 8 *Remissio omnium peccatorum uidetur indulgentia plenissima.*
- 9 *Antonini quædam dicta ut temperanda.*

I X. loco principaliter colligo tria ex prædicta Extrauag. i. in not. 7. transcripta. Primum, duplicem † esse indulgentiam, non plenam, & plenam. Alterum, plenam esse triplicem, plenam, pleniorē, & plenissimam. Tertium, concessam plenam, non censeri concessam pleniorē, neque plenissimam. Horum primum probatur in prædicta Extrauag. adiuncto c. Cum ex eo. de pœnit. & declaratur per definitiones insequentes † Indulgentia non plena, est indulgentia partem pœnitentiæ iniunctæ, vel partem iniungendæ per se condonans. Dixi, *indulgentia* pro genere, quia omnis indulgentia non plena est indulgentia: non contra, omnis indulgentia est non plena. Reliqua addidi pro differentiâ, quæ hæc à plena differt. Addidi autem, *per se* quoniam non plena est etiam illa, quæ interdum per accidens condonat totam pœnitentiâ alicui iniunctam, vel totam iniungendam: uerbi gratia, indulgentia decem dierum, vel annorum applicata ei, cui non est iniuncta, neque iniungendâ maior, totam pœnitentiâ iniunctam, vel iniungendam condonat. At nihilominus est non plena: quoniam non per se, sed per accidens id facit. Ex quo inferitur primo, omnem

omnem indulgentiam partis pœnitentiæ iniunctæ, vel iniungendæ, vel pœnæ peccatorum, puta quartæ, tertiar, medietatis, vel alterius maioris, esse non plenam. Quia hæc neque per se, neque per accidens totam vnquam condonat.

II. Inferitur, omnem item indulgentiam tot, aut tot dierum, mensium, quadragenarum, & annorum etiam centum milium, esse non plenam. Quippe quæ per se non tollit totam, licet per accidens frequenter eam tollat. Quoniam frequenter non est iniuncta, neque iniungenda tanta pœnitentiæ ei, cui talis conceditur indulgentia. † Indulgentia plena est, quæ per se totam pœnitentiæ pro peccatis confessis iniunctam, vel iniungendam, vel totam pœnam pro omnibus confessis, & etiam lethalibus non confessis debitam, vel totam pro omnibus etiam non confessis etiam venialibus tollit. Dixi *indulgentia* pro genere. Dixi *per se*, ad includendam eam, quæ per se quidem totam tollit, sed per accidens parrem tantum. Quia causa cōcedendi ad id non sufficit, iuxta dicenda in notab. 15. Dixi etiam ad excludendam eam, quæ totam per accidens tantum tollit, iuxta dicta in 2. coroll. diffinitionis præcedentis. Addidi autem tria
4 membra disiuncta, † quibus tres indulgentiæ plenæ species includerem, plenam. s. pleniorē, & plenissimam. Per illud enim membrum *pro peccatis confessis iniunctam, vel iniungendam*, comprehendo plenam. Per illud vero, *vel totam etiam pro omnibus confessis, & etiam pro lethalibus non confessis debitam*, comprehendo pleniorē, quam largiorē videtur appellare hæc Extrauag. Per illud autem *pro omnibus etiam non confessis, & etiam venialibus*, includo tertiam, quam hæc Extrauag. videtur appellare plenissimam. Ex hoc inferitur primo, esse indulgentiam quæ totam pœnam tollit, sed non est plena. Et contra, esse indulgentiam, quæ non tollit totam, & est plena, vt palam est.

II. Inferitur, verum esse alterum prædictorum trium in hoc notabili decretorum. s. quod triplex est indulgentia plena, scilicet plena, plenior, & plenissima. Quæ diuisio, vt palam colligitur ex prædicta Extrauag. ita eius membrorum diffinitiones ex diffinitione proxime datæ, manifestè fluunt: ob idque spectatim ea non diffinio. Neque obstat, quod hæc membra aliter diffiniunt Paluda. in 4. dist. 20. q. 4. sub finem: Antoni. 3. parte tit. 10. c. 3. Adrianus de indulg. col. 12: & Maior in d. dist. 20. q. 2. col. 8. Tum, quia nulla ratione, vel autoritate id fulciunt. Tum: quia, vt pridem bis animaduerti, Paluda. sibi non satis constat, & Antoni. & Adria. Paludanum sequuti, aliter, quàm ille, dicunt, & neuter alteri omnino consentit. Nam & Adrianus vtrique in vno articulo est contrarius: & Maior ab omnibus dissentire videtur. Tum, quia nulla ratione alia, quàm prædicta, magis conciliari posse videntur. Tum, quia omnia hæc nostra, illa ratione confirmantur, quod consentaneum videtur rationi, & menti scribentium in c. Cum ex eo. de pœnit. & stylo indulgentiarum, præsertim antiquo: vt plena dicatur, quæ omnes pœnitentiæ iniunctas tollit: quæ cum nisi pro confessis nequeant esse iniunctæ, meritò ea, quæ totam pœnitentiæ pro confessis iniunctam tollit, plena dicitur. At si hæc plena dicatur, maiore cum ratione plena erit ea, quæ omnem pœnitentiæ tam iniungendam, quàm iniunctam peccatis confessis debitam tollit: quandoquidem hæc per se maior est præcedenti. Et si plena simpliciter dicatur tam quæ omnes pœnitentiæ iniunctas, quàm quæ iniunctas, & iniungendas pro peccatis cōfessis cōdonat, meritò

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

plenior dicitur, quæ totam pœnam omnibus peccatis lethalibus etiam non confessis debitam tollit. Cum autem huic superaddi nequeat, nisi venia etiam pœnæ venialium, merito dicitur plenissima, quæ omnem tam venialibus, quàm lethalibus, tam confessis, quàm non confessis debitam pœnâ condonat. Quod si fortè roges, quare sub prima specie plenæ indulgentiæ duas includo, eam. s. quæ totam pœnitentiam pro confessis iniunctam tollit, & eam, quæ totam etiam iniungendam? Respondebo, ideo me id facere, quia necesse videtur, sub aliquo trium membrorum prædictæ diuisionis ponere duas species, & æquius apparet ponere sub plena, quam sub pleniore, vel plenissima. Et si rursus roges, quare hanc secundam, cum sit plenior priore, non appello plenior? Respondebo ideo me id non facere, quòd non ausim negare eum, cui Papa simpliciter hoc tempore concederet indulgentiam plenam peccatorum suorum, non quærere veniam, nisi pœnitentiarû iniunctarum: quoniam arbitror eum quærere veniam etiam iniungendarum, per ea, quæ in 6. dict. 11. notab. dicam. Quod tamen videretur negandum, si eam plenior appellarem, eo quòd concessa plena indulgentia non videtur ob id concessa plenior, vt tertia pars huius not. habet: & argumenta, quæ pro Thoma de Vio in not. seq. adduco, probant. Et si tertio rogaueris, quare indulgentiam totius pœnitentiæ pro confessis iniunctæ tantum appello plenam? Respondebo ideo me primum id facere: quod negari non potest respectu aliquo eam esse plenam. Deinde, quòd non ausim dicere, eam non fore sublatam, vel suspensam, per Extrauag. 4. de pœnit. vel aliam dispositionem Papæ, quæ omnes plenas indulgentias tolleret, vel suspenderet. III. Inferitur, non sine colore † esse differentiam illam, qua Cardinal. & Ioh. Imol. inter plenam, & plenissimam restitutionem sentunt, in c. Quia diligentia. de electio. nempe quòd per restitutionem plenam bona in alium à filio alienata non recuperantur: per restitutionem autem plenissimam sic. Nec Franciscus Aretinus in l. 1. ff. de acquir. possess. tenet contrarium: licet id ei Iason imponat in l. Gallus. §. Et quid si tantum, num. 64. ff. de liber. & posthu. Quamuis dicat id, ex quo argumentatur Iason: cui facile responderi posset. Pro qua differentia, & prædicta diuisione facit etiam, quòd est dominium plenum, & plenissimum. l. 1. C. de nud. iur. quir. tollend. quæ de plenissimo dominio loquitur, adiuncta l. Fœminæ. & quod ei annotat Bald. C. de secund. nupt. Faciunt & quædam alia, quæ desumi possunt ex citatis latè per Felin. in c. Conquestus. col. 1. de foro compe. Propius tamen faciunt, & profundius ea, quæ supra diximus. Quæ omnia plurimum sunt memoranda pro his, quæ de suspensione indulgentiarû infra dicemus. IIII. Inferitur † dari posse pleno plenius: Et cap. Si omnia. 6. q. 1. quatenus habet, plenitudinem non accipere augmentum: & ita pleno plenius dari non posse, intelligendum esse eo respectu, quo plenum est. Quia id, quod plenum est, vno respectu, plenius esse potest altero: vt modius tritici ratorio rarus, plenus est vno respectu: at cumulari potest cumulo, & secundum Festum cumulus est, qui additur mensuræ plenæ. Sic ergo indulgentia, quæ plena est respectu pœnitentiæ pro confessis iniunctarum tantum, vel iniunctarum, & iniungendarum, plenior effici potest per cumulum veniæ totius pœnæ pro peccatis omnibus lethalibus, etiam non confessis debitæ: & rursus hæc cumulari potest cumulo remissionis, etiam pœnæ

pœnæ pro venialibus debita. Sic Stephanus Act. 7. dicitur gratia plenus respectu officij, ad quod electus fuit. Et virgo Mater quæ plena gratiæ dicitur, Luc. 1. respectu officij, ad quod delecta fuit scilicet vt esset mater Dei, plenior fuit Stephano. Et dominus Iesus, qui plenus gratia dicitur, Ioh. 1. fuit plenior illa, & plenissimus: vt pulchrè declarat post antiquiores Thomas 3. parte 1. q. 7. art. 1.

- 7 V. Inferitur † verum esse vltimum trium in hoc x. notab. excerptorum scilicet quòd concessa plena indulgentia simpliciter, non censetur concessa plenissima, neque plenior. Quod colligitur ex ead. Extrauag. quatenus, vt contineret plenior, & plenissimam, expressit eas. Quatenus item ait non solum plenam, & c. quasi diceret, maius aliquid concedimus, quam concederemus concedendo simpliciter plenam. Facit & Extrauag. Vnigenitus quæ vt contineret plenissimam, eam expressit † Facit etiam, quòd concessio indulgentiarum strictè interpretanda est. Quoniam indulgentia pro certis diebus festis cuiuslibet anni futuri concessa, restringenda est vsque ad 20. annos, regul. Cancell. 57. cum tamen in alia materia talis restrictio non fiat. Et indulgentia, concessa ecclesiæ alicui, seu capellæ, tacita alia quamlibet parua illi prius concessa, nihil valet, regul. Cancell. 57. Et quod prohibitum est, ne super indulgentiis instar alterius pij loci concessis expediantur literæ generaliter, instar indulgentiarum illi concessarum, nisi specificentur, quæ sint illæ, regul. Cancell. 58. cum tamen in alia materia passim expediantur. Et si indulgentia petatur simpliciter pro festo, vel festis alicuius loci pij, & Papa concesserit per, fiat, tantum, si ecclesia cathedralis, vel insignis collegiata, aut solenne monasterium fuerit, tres, altoquin duo anni, & totidem quadragenæ: & per, fiat vt petitur, cathedrali collegiatæ, vel monasterio, quatuor: aliis tres anni concessi videntur, reg. Cancell. 59. Ex quibus omnibus colligitur, indulgentiarum concessionem odiosam & restrictè interpretandam esse: quod annotauit gl. reg. Cancell. 56. ea ratione, quòd quæstores non quærunt commodum animarum, sed pecuniarum. Quæ † tamen ratio parum seruire videtur illius regulæ speciei: quæ meo iudicio plus loquitur de indulgentiis, quas quæstores non solent prædicare, quam de iis, quas solent. Aptior ergo ratio fuerit, quòd magna pars impetrantium eas, non tantum commodum animarum, quantum pecuniarum respicere solet. Quia tamen etiam hæc ratio cessat in concessione indulgentiarum, quæ pro solis ad Deum precibus, vel pro sola contritione, & confessione peccatorum concedi solent: addi possit stylum Sed. Apost. habere pro odiosa, & restrictè interpretanda indulgentiarum concessione, propter duos prædictos respectus adiuncto illo tertio, quòd per eam multum eneuatur satisfactio pœnitentialis cap. Cum ex eo. de pœnit. & re. quæ tantopere est nobis utilis, tantopere nostra nos ad eam mater ecclesia monet, per tot canones pœnitentiales, imò & per totam quadragesimam ad ead. adhortatur, vt râtum non compellat. Adiuncto item illo quarto, quòd cõcedens indulgentiam, de alieno soluit alterius debita: & indecorum esse id fufius scificere, significat illud barbarum prouerbium, De corio alieno corrigiæ longæ. Adiuncto item illo quinto quòd non nisi iusta de causa cõcedi potest, iuxta ea, quæ in notab. 15. dicemus. Et quòd est quædam dispensatio, vt habet Extrauag. Vnigenitus transcripta in notab. 12. & quòd omnis dispensatio

Commen. De Iobeleo & Indulgenti.

aut odiosa est c. 1. & 2. de filiis presbyr. lib. 6. aut cautissime facienda, secundum glo. c. Non est de vot. & c. Quanto. de iureiur. Et quod concessio indulgentiarum sit stricti iuris, affirmat etiam Palud. in 4. d. 20. q. 4. col. fin.

V I. Inferitur ex prædictis, & ex dictis in notab. 8. remissionem peccatorum aliam esse non plenam, & aliam esse plenam: easque omnes, & suas species ita distingui, diffiniri, & diuidi, ac indulgentia peccatorum non plena, & plena, cum suis speciebus, quæ supra sunt distincta, diffinita, & diuisa. Quia remissio peccati, & indulgentia peccati idem sunt, iuxta prædictum notab. 8.

10 VII. quod † indulgentia omnium peccatorum minor est, quàm indulgentia plenaria peccatorum simpliciter concessa: quia videtur plenissima: sicut & in notab. 8. num. 3. diximus, remissionem omnium peccatorum videri plenissimam: licet remissio plena peccatorum non diceretur talis.

11 VIII. Inferitur † intellectus, & dolabra, quibus intelligi, & dolari debeant ea, quæ de indulgentia plenaria sub varia forma tradidit diuus Anton. 1. parte tit. 10. c. 3. §. 4. non quidem his contraria, sed quæ lectorem decipere possent, nisi hæc fuerit præmonitus. Quoniam præsupponere videtur, indulgentiam plenariam concessam omnibus visitantibus certum locum, vel visitantibus certo die, vel facientibus certum opus, esse plenissimam. Quod non est verum, nisi ampliorem formam contineat, per prædicta. Sic etiam temperandus est Palud. quatenus in 4. d. 20. quæst. 4. col. 4. dixit, indulgentiam plenariam, pleniorrem, vel plenissimam, pœnitentias iniungendas comprehendere. Quoniam id verum est de pleniorre, & plenissima, & etiam de plena simpliciter concessa: non autem de plena, cum adiectione (de iniunctis) data.

12 IX. Inferitur † ei, qui se parat ad lucrandas indulgentias de iniunctis pœnitentiis datas, etiam si sint plenæ, expedire plurimum, vt prius confiteatur peccata sua, rogæque confessorem, vt tot dies, vel annos pœnitentiæ imponat, quot indulgentia, quam lucrari sperat, continet: vel omnes illos annos, & dies qui ad integram deletionem peccatorum suorum sunt necessarij, sub præcepto disincto. s. quod illam totam pœnitentiam impleat, vel indulgentiam, quæ tali implemento æquipolleat, sibi quærat. Quod est consilium Palud. vbi sup. col. 5. à posteris susceptum, Quamuis Caiet. in primo tractat. de indulg. q. 22. tepen. putasset hanc rogationem, & iniunctionem frustraneam esse. Quia, vt in notab. 21. dicã, in ea est ille opinio, vt putet nemini prodisse indulgentiã, nisi ei, qui habet animum satisfaciendi per pœnitentiam. Nobis tamen vtile videtur consilium Palud. quod etiam Adria. sequitur, etiam reuera opinione Caiet. quando huiusmodi pœnitens verè concipit animum faciendi eam pœnitentiam sibi sub prædicta disinctione præceptam, si non contingat ei eam luere per indulgentiam: dato quod eum animum non concepisset, nisi ad id impulsisset spes redimendi ea per illam, quam lucrari sperat, vel aliam indulgentiam. Per quæ omnia facillè colliges concordiam omnium, & temperamentum istum consilij Palud. & rigoris Caiet. & securitatem pœnitentis

13 X. Inferitur † quod remissio sacramentalis, & indulgentia, non solum differunt secundum materias: quia vt diximus in syllatione not. proximi, huius materia principalis, est reatus improprius, vel obligatio ad pœnam temporariam: illius, verò, macula peccati, siue culpa & reatus proprius, siue obligatio ad pœnam æternam: Sed etiam secundum modum: quia omnis remissio sacramentalis est plena

plena; & plenissima respectu suæ materiæ principalis, c. Sunt plures infra de
 14 poenit. d. 3. indulgentia verò non item. X I. infertur, † inter plenam, & plenariam nihil aliud distare, quã quòd plena est vox latina, plenaria verò barbara
 & per consequutionem eam utramque illarum generatim captam, esse genus ad
 15 tres prædictas species, & utranque speciatim sumptam esse speciem sui ipsius
 generatim sumptæ. X II. indulgentiam † plenariam, vel plenam instar indulgentiæ
 anni iobei concessam, de qua meminit Extr. Quemadm. de poenit. & re. esse plenissimam, quia relatum inest referenti per l. In testamento ff. de
 condit. & demonstratio. & ea quæ infra in nota. 24. super 4. extrauag. dicam.
 16 X III. † verum videri id, quod prodidit, qui collegit privilegia religiosorum, verb. indulgentia scilicet styllum curiæ habere, quòd facultas lucrandi omnes
 indulgentias stationum Romanarum, vel alicuius alterius loci pij, hoc, vel illud facienti, non comprehendit indulgentias plenas; sed tantum alias. Quod etiã,
 dum Salmanticæ ab hinc circa 48. anno librum Clementinarum interpretarer, super Clem. 2. de poenit. dictavi. * X IIII. Infertur nõ debuisse à prædicta
 diuisione indulgentiæ communiter recepta, & in prædicta extrauag. efficaciter
 fundata, & multis rationibus quæ ex prædictis colliguntur munita, tam facile
 discedere, ac discessit Dominicus Sotus, qui post hæc nostra ædita scripsit &
 quidẽ perdocte, de Indulgen. in 4. sent. dist. 21. q. 1. art. 3. Cõtra quẽ etiã irrefragabiliter
 vrget d. ext. 4. ibi (plenarias etiã ad instar Iobei) vt dicemus infr. no. 26.

X. Notab. de venia quã dat indulgẽtia, quæ, & qualis sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Indulgentia veniam peccati dat: sed pœna temporariæ tantum, nu. 2. non culpa, vel potius macule, nu. 11. etiam venialis, nu. 12. Nisi indirecte, nu. 14. Quia non est idem quod pœna temporalis ei debita, nu. 13.
- 3 Culpa peccati quid, & quid pœna eiusdem.
- 4 Macula effectus peccati, & quid est, & nihil positiuum dicere, num. 7. manet præterito peccato, nu. 8. & non efficitur à veniali, nu. 9.
- 5 Reatus peccati respectu triplicis legis, & pœna, & quid, nu. 4. & macula sublata tollitur, nu. 10. eis sublatis manet obligatio pœna temporariæ, & propriè non est reatus, nu. 11.
- 6 Venia, verbum in hac Extrauag. quid.
- 15 Peccatum pro pœna peccati sepe.
- 16 Indulgentia non dicitur tam propriè à culpa & pœna, quàm absolutio sacramentalis, nu. 7. & quare improprie, nu. 18.
- 19 Indulgentia cum attritione non efficit contritionem, contra Palud.
- 20 Indulgentia unius diei tam propriè à culpa & pœna, ac plena. F. Paulus Constabilis sacri Palatii magister laudatus, nu. 20.
- 21 Remissio per indulgẽtiam longe differt à remissione sacramentali, etiam pœna, quæ ratione, 22. & 23.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

1 **D**Ecimo principaliter ex prædicta Extrauag. 1. de pœnit. in notab. 7. transcripta colligo † per indulgētiam anni iobelei peccatorum veniam dari: Contra quod facit, quòd peccatum non potest remitti nisi à Deo, autoritate, vel à ministro ecclesiæ, ministerio, mediantibus sacramentis tantum, & non sine illis cap. Et euidenter 1. q. 1. cap. Multiplex & cap. Verbum, de pœnit. d. 1. vbi bona glo. & cap. Nemo de consecrat. dist. 4. vbi etiam glo. & tradit Thom. communiter receptus 3. parte q. 64. art. 3. & 4. & in 4. distin. 5. q. 1. Et quòd venia anni iobelei, & omnis alia, quæ per indulgentias datur à prælatis ecclesiæ, sine sacramentis conceditur, vt in notab. 14. colligo. Pro huius resolutione dico primo, † quod, vt Communis loquitur, per indulgentiam non remittitur culpa, neque pœna æterna, vt probant contraria: sed pœna temporaria sic, vt habet notabile nostrum: & quòd aliud est culpa peccati, † aliud pœna, arg. Clem. 1. §. 1. de priu. & Clem. 2. de pœnit. & remissio. quatenus faciunt mentionem de absolutione, quoad culpam, & pœnam & post alios annotabat Card. qui in d. Clem. 1. de priu. q. 24. receptus à posteris & in his à Feli. in d. sermone indulg. col. 5. ait culpam peccati esse maculam generatam à peccato in animo peccatoris, &c. Quod etiam Thomas nobis sensisse visus fuit olim in quodlib. 2. artic. 16. ad 3. Quodque tam in illis duabus Clem. quàm alibi sæpe nobis etiam placuit. Nunc autem altius rem perpendentibus parum sapit, & alienum videtur à mente Thomæ diligētius expensa. Tum, quòd culpa non est effectus peccati: sed ipsum peccatum. Nam idem Tho. à nemine in hoc reprehensus in 1. Sec. q. 21. art. 2. ait, malum esse genus ad peccatum, & peccatum genus ad culpam: & ita omnis culpa peccatum est, & non effectus peccati. Quod conuincit etiam diffinitio culpæ Bar. in l. Quod Nerua. ff. deposit. & Panor. in c. 1. de commod. receptorum ab aliis scilicet quòd est deuiatio ab eo, quod bonum est, & constat hanc deuiationem esse peccatum. At macula illa, quam hi patres dicunt esse culpam, est effectus peccati, & per consequentem culpæ, secundum Thom. 1. Secun. q. 86. artic. 2. in hoc ab aliis receptum. Nec curandum videtur de illa inutili subtilitate Iohannis Maioris in 4. distin. 14. q. 1. scilicet, quòd reatus peccati potest accipi transitiuè, & intransitiuè: & quòd reatus est ipse homo, & quiddam bonum: & reatus peccati, qui est, vel fuit, est in cælo, & id genus alia. I. dico, cautius, & rectius nos dicere posse quatuor, cum Thoma in d. q. 86. & sequenti.

4 Primum, quòd culpa † & peccatum, quæ idem sunt, pariunt maculam, quam prædicti vocant culpam & reatum pœnæ, quam ipsi vocant pœnam. Secundum, quòd macula peccati, est defectus luminis rationis naturalis, vel diuinæ legis, ex recessu gratiæ proueniens. Ita quod nō proprie dicitur macula: sed metaphoricè, eo quòd sicut corpus ex contactu rei sordidæ maculatur: ita misera anima ex inhesionem rei tēporalis per amorē inordinatū, quæ est veluti quidam contactus, perdit lumen rationis, & lumen diuinæ sapientiæ & gratiæ quibus refulgebat, secundū eundē, in d. q. 86. art. 1. Tertium, quòd reatus peccati nihil aliud est, quàm status peccatoris pœnæ obnoxius, secundū eundē. iud. q. 87. art. 1. Verbum enim, (reatus) proprius significat statum rei criminis accusati, quàm crimē, iuxta l. Vcstem ff. de iniur. & ea, quæ ibi annotauit. Bud. & in l. Si diutino ff. de pœnis. Quartum, † quòd reatus hic, siue status obnoxius est respectu tripli-

plici

plicis pœnæ, & etiam tres ordines peruertit. s. rationis propriæ interioris, & politiz exterioris & diuini regiminis: & ita triplicem obligationem ad pœnã incurrit, vnam ad pœnam sui ipsius, siue rationis interioris hominis, quæ est remorsus conscientiz. Alteram ad temporariam exterioris hominis. s. iudicis exterioris. Tertiam ad æternam Dei. Tertio dico, † verbum hoc, *ueniam* positum in hac Extrauag. non esse intelligendum de venia maculæ, quam culpam vocant: non etiam de venia reatus proprii, siue obligationis ad pœnam æternam: sed de venia reatus improprii, siue obligationis ad pœnã temporariam in Purgatorio luendam. Tum, quia indulgentia, de qua in hac Extrauag. & omnis alia conceditur ab homine sine sacramento, vt infra notab. 14. ostendetur, & macula peccati lethalis non potest tolli ab homine, nisi mediante sacramento. Quia sola gratia Dei, quæ à solo Deo creatur, redeunte tollitur, vt ex eius diffinitione colligitur. Tum, quia diffinitio indulgentiæ in notab. 20. ponenda id conuincit, quatenus habet, indulgentiam esse remissionem extra absolutionem sacramentalem factam. Tum, quia nemo tollit peccata, nisi Christus, qui est agnus tollens peccata mundi. c. Nemo. de conse. dist. 4. quod est intelligendum, quoad maculam peccati, & reatum pœnæ æternæ. Tum, quod clare hoc sensit glos. 5. huius Extrauag. in verb. *peccatorum* & altera in eodem verb. §. final. & tertius Innocen. qui receptus ab omnibus in cap. Quod autem, nu. 1. de pœniten. & remissio. sensit, per indulgentiam solum condonari pœnam Purgatorij: & alius declarat prædictus Iohan. Roffensis in artic. 17. & Thom. cum omnibus posterioribus in 4. distin. 20.

Ex quibus tribus dictis inferuntur plurima subtilia, & vtilia. Primum ex primo dicto. s. parum cautè, ac minus propriè dici, in peccato inueniri culpam, nisi prout species inuenitur in genere, sicut fraus in dolo, iuxta l. ius gentium. §. Sed si fraudandi. ff. de pactis. Quia per hoc significatur, aliud esse culpam peccati, aliud ipsum peccatum: quod tamen est falsum, per primum dictum. Secundum, quod ex secundo dicto manat † maculam peccati non esse qualitatem aliquam sædam, productam in anima à peccato: sed solam priuationem gratiæ: sicut vmbra non est qualitas aliqua, sed absentia luminis, secundum eundem Thomã in d. q. 87. artic. 1. ad 3. † I I I. maculam peccati manere post transitum peccati: quia, cum sit absentia gratiæ Dei, durat donec illa redeat. I I I. † per peccatum veniale non fieri propriè maculam. Quia per illud non perditur nitor gratiæ diuinæ, quoad habitum: licet quoad actum impediatur. secundum Thomam 1. Sec. q. 89. art. 1. V. † post transitum peccati, maculam eius manere: macula verò sublata, tolli reatum pœnæ æternæ, & ita pœnæ simpliciter, non tamen semper reatum pœnæ satisfactoriæ, secundum eundem Thomam receptum in d. q. 87. art. 6. V I. transeunte peccato, & sublata macula eius per contritionem, remanere vt plurimum obligationem ad satisfaciendum per pœnam aliquam maiorem, vel minorem, prout peccatum fuit maius, vel minus: & contritio maior, vel minor, vt in notabili 16. dicemus. V I I. † maculam peccati venialis dici posse, obfuscationem nitoris animæ, gratiæ diuinæ, quæ tamen non est verè macula: & reatum peccati venialis dici posse, statum dignum, vel obnoxium pœnæ satisfactoriæ temporariæ. qui tamen non est perfectus reatus: sed imperfectus, arg. prædictorum, & notatorum in prædi-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

- 12 **Quis locis. VIII.** † verius videri, quòd etiam macula illa imperfecta peccati venialis non tollitur per indulgentiam: quia per eam nulla culpa, neque macula, neque perfecta, neque imperfecta condonatur: sed sola temporalis pœna, vt ex d. Extrauag. 3 & notab. 20. colligitur. Et ne dicas idem esse maculam venialem, & pœnam temporalem ei debitam, vt sentire voluit Maior in 4. dist. 45. q. 1. col. 4. & 5. † Considera, quòd ipsemet Iacob. contrarium tenet in dist. 21. Et quòd contrarium conuincit ratio, quam ipsemet Maior tangit ad aliud propositum in 4. dist. 49. q. 25. col. 3. s. quòd si id esset verum, consequeretur non debere nos potius præhigere mortem, quàm peccare venialiter. Quia mors omne malum pœnæ præcellit. Quod tamen est falsum, arg. c. Super eo. de vsur. & ca. ne quis arbitretur cum duobus seq. 22. q. 2. & eorum, quæ tradit Tho. in 2. Sec. q. 110. art. 3. & alibi sæpe. Non obstat huic corollario, quòd Palud. in 4. dist. 20. q. 4. sub finem, quem sequitur Diuus Ant. 1. parte tit. 10. c. 3. tenere videtur contrarium: quia ratio eius non est firma, nec dicta ipsius satis placent, Adria. de ind. fol. 4. † vel intelligendum est, quòd culpa venialis, quam nos maculam imperfectam dicimus, remittitur per indulgentiam indirectè, quatenus, pœna peccato veniali debita sublata, ipsa quoque macula imperfecta præsupponitur sublata. IX. † verbum *peccati* positum in illo celebri dicto. ca. 12. 2. Macha. s. *Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur*, non esse intelligendum de macula peccati, quam alij culpam vocant: sed de temporali pœna peccatorum in Purgatorio sustinenda. Quoniam etiam per preces non tollitur culpa mortui: sed solum temporalis pœna pro peccato in Purgatorio luenda, secundum omnes in 4. dist. 45. X. quòd † nulla indulgentia propriè appellatur à culpa, & pœna, vt ait Diuus Anton. 1. parte tit. 10. cap. 3. Tum antiqua eius, ac aliorum ratione. s. quòd per nullam indulgentiam culpa vlla, vel rectius culpæ macula remittitur, per prædicta: & ideo, licet propriè appelletur indulgentia à pœna temporaria: impropriè tamen dicitur à culpa, siue macula, & per consequentem à culpa, & pœna. Tum noua ratione. s. quòd macula peccati, quam ipsi per culpam intelligunt, est ipsummet peccatum, per prædicta. Hanc illationem sentiunt Clem. 1. §. 1. de priuil. & Clem. 2. de pœnit. & remiss. quatenus loquentes de absolutione à culpa, & pœna, addunt illa verba *vt eorum verbis utamur*, significando illam esse impropriam locutionem. XI. † absolutionem sacramentalem verè posse appellari à culpa siue macula, & pœna: imò & ab omni culpa, & reatu pœnæ æternæ, & à pœna. Quoniam per illam tollitur, culpa, vel macula peccati, & pœna æterna, & aliqua saltem pars pœnæ temporariæ. c. Sunt plures. infra. dist. 3. iuncto. cap. sequenti. infra ea. Imò & aliqua datur absolutio sacramentalis ab omni macula, & reatu, seu ab omni culpa, & omni pœna, ea. s. quæ fit tali pœnitenti, qui non debet maiorem pœnam ea, quamuis clauium condonat. XII. † quòd indulgentia huius Extrauag. & alia quæuis plenissima, potest saltem impropriè appellari à culpa, & pœna, vt in dictis Clementi. appellatur: & mea ætate passim in Gallia appellabatur. Quia, vt ex Diuo Anton. & Felin. vbi supra colligitur, per eam tota pœna peccatori pœnitenti debita directo condonatur. Tota item macula culpæ indirectè, quatenus remissio à pœna virtute indulgentiæ habenda, remissionem præsupponit macula, ac culpæ vi contritionis, aut sacramen

19 eramenti habitæ; iuxta dicenda in not. 16. Id autem, quod sentire videtur Pa-
 lud. vbi supra, † quodd attritio cum absolutione Papæ per viam indulgentiæ
 efficitur contritio, noua doctrina est: & nulla ratione videtur sustentabilis: si-
 cet teneamus opinionem Thom. & Commu. quodd attritus frequenter fit con-
 20 tritus per realem sacramenti susceptionem. Quoniam absolutio per viam in-
 dulgentiæ non est sacramentum, vt palam est. XIII. † pari ratione, omnem
 indulgentiam, etiam vnus diei, appellari posse improprie indulgentiam à cul-
 pa, siue macula: & pœna, siue reatu pœnæ: non tamen ab omni, eò quodd direc-
 tæ aliquam pœnam temporariam, quæ saltem imperfecta pœna est, condon-
 nat, & indirectè omnem culpam, & maculam eius præsupponit condonatum.
 * Omnem inquam culpam mortalem, non autem omnem venialem, quia vt
 Reuerend. idemque eruditissimus Magister Sacri Palatij Paulus Constabilis,
 scriptorum expensor diligentissimus, & veritatis zelator acerrimus, & pusil-
 limus, & in munere suo fungendo vigilantissimus me admonuit, secundum sen-
 tentiã eorum, quos sequor, etiam indulgentia plenaria prout diuiditur con-
 tra plenissimam, non præsupponit culpam venialem remissam, neque pœ-
 nam illi debitam tollit. * Quamuis autem omnis indulgentia possit appellari
 improprie à culpa siue macula & à pœna, non tamen omnis indulgentia po-
 test appellari à culpa & ab omni pœna. Quoniam, licet omnis præsupponat
 totius culpæ, vel maculæ condonationem: paucæ tamen directè omnem pœ-
 21 nam condonant, vt postea palam fiet. XIII. † remissionem per indulgen-
 tiam longe differre à remissione sacramentali, etiam pœnæ temporariæ: quia
 illa fit per compensationem, soluendo de thesauro ecclesiæ tantum, quantum
 remittitur quærenti indulgentiam, iuxta dicenda in not. 20. Sacramentalis au-
 tem sine vlla compensatione, per liberalitatem diuinam, vt pulchrè Palud. di-
 22 xit in d. 20. q. 4. col. 3. & clarius ex eo colligit Anton. 1. parte tit. 10. c. 3. §. 1. † Non
 quidem ea ratione, vt quidam falso dixerunt, quodd Christus non satisfecerit
 sufficienter, cum passio eius infinitæ virtutis fuerit, tam quoad satisfactionem,
 quàm quoad meritum, iuxta Extrauag. 2. de pœnit. & remiss. & dicenda in not.
 13. infra eod. Sed quia diuinam magnificentiam decet nobis miseris, cum ius-
 ta demissione animorum peccata confitentibus, condonare aliquid pœnæ,
 23 sine respectu solutionis, & satisfactionis alius secundum eisdem. † XV. altero
 quoque modo eas differre, eò. s. quodd remissionis, & indulgentiæ materia,
 circa quam directo, & principaliter ipsa versatur, est pœna temporaria, vel
 reatus improprius, vel obligatio ad eam iuxta dicenda in II. notab. Remissio-
 nis verò sacramentalis materia principalis est peccati macula, quam culpam
 alij vocant, & reatus proprius pœnæ æternæ, vt in not. II. dicam: Quamuis etiã
 minus principaliter respiciat obligationem ad pœnam temporariam, & par-
 tem eius remittat, vt colligitur ex illatione præcedenti, & affirmat diuus Ant.
 vbi supra. §. 4. col. 5

XI. Notabile de valore indulgentiarum.

1 *Indulgentiam vnã, & eandem alius plenius, quàm alius querit: licet*

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

partem tantum causa eius implens nihil consequatur, nu. 2. non ratione glossæ, nu. 3. sed noua, nu. 4.

- 5 *Indulgèria eiusdem, causa eadem impleta ab vno iusta, impleta ab alio, non item.*
- 6 *Indulgentias valere quantum sonant, & intelligi de iniungendis, si sine mentione iniunctionis concedantur, nu. 7.*
- 8 *Indulgentia, vnius diei quid indulget.*
- 9 *Indulgentiam etiam iniungenda pænitentia episcopus concedit, contra Caietanum.*
- 10 *Pænitentiam iniunctam tollere respectu quodam facilius, quàm tollere iniungendam: & altero hoc facilius esse illo. Ideoque vtrunque esse a què facile, nu. 11.*
- 12 *Indulgentia de iniunctis non continet iniungendas: Sed absolutè concessa sic, contra Caiet. & quæ ratio, nu. 13. & idem de plena, nu. 14.*
- 15 *Indulgentia antiqua, an credenda concessa de iniunctis tantum, & an ea, quæ constat simpliciter concessa ad iniungendas extendatur, num. 16. & quid de noua, nu. 17.*
- 18 *Indulgentia certi temporis quoad varios, variè intelligenda.*
- 19 *Indulgentia eadem a'ij plus quam a'ij prodest.*
- 20 *Indulgentia non tollit pœnam fori exterioris, neque pænitentiam in capitulo datam, nu. 21.*
- 22 *Indulgèria temporis purgatorij minor, quàm parisi temporis vitæ.*
- 23 *Pænitentia multa iniunctio utilis, & c.*

1 XI. Principaliter colligo ex eadem Extrauag. i. in 7. not. trãscripta, † quòd vna, & eadem indulgentia multis quæ sita, aliis quæritur plenius, quàm aliis. Probat enim indulgentiam huius anni iobitei aliis quærendam pleniorẽ, quàm aliis, in illis verbis: *Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius, & deuotius frequentabit:* Contra quod facit primo, quòd, faciens omnia requisita ad eam lucrandam, totam lucrabitur: & per cõsequutionem, plenissimam sibi quæret: qui verò ea omnia non faciet, nihil lucrabitur, per ea, quæ trado in notabili 19. † Secundo facit, quòd solum adimplens partem eius, quod pro indulgentia quæreda est faciendum, & non totum, neque totam, nec partem eius vllam quærit, secundum Diuum Anton. i. parte tit. 10. c. 3. §. 4. Et ea ratione probatur, quòd neque relictum, neque pars relictæ sub conditione, quæritur, nisi tota impleta, etiam si pars impleatur. l. Cui fundus. ff. de condit. & demonstr. l. Si plures. ff. de condit. instit. §. Si plures instit. de hered. institut. Has fortè difficultates, vt effugeret glo. prædictæ Extrauag. in verb. consequitur, tripliciter exposuit verbum *efficacius*. † Positum in text. primo quidem modo, referendo illud ad maius meritum: sed inæptè. Tum quia prius dixit *plus merebitur*, & postea subiicit *& indulgentiam efficacius*

efficacius consequetur. Tum, quia aliud est, plus mereri, aliud, efficacius indulgentiam cōsequi, quod ex se se non est mereri, vt in not. 5. diximus. Secundo modo ead. glo. in versicul. *Vnde*, pro quo debet reponi, *vel*, exponit verbum *efficacius*, referendo id ad maiorem indulgentiæ fructum, id est, ad maioris poenæ remissionem. Quod tamen ea ratione confutatur, quod secundum hanc expositionem non esset hæc indulgentia plenissima. Tertio exponit verbum *efficacius*, referendo illud ad medium lucrandi indulgentiam, vt scilicet sit sensus, quod per melius medium eam quærit, qui per plura, & meliora opera eam adipiscitur. Quod tamen non satisfacit. Quia per melius, & maius opus mereri indulgentiam, non est illam efficacius consequi. Hæc enim verba non significant maiorem bonitatem, vel quantitatem in medio consequendi: sed
 4 maiorem quantitatem, & effectum consequutionis, vt palam est. Quarto ¶ ergo dico, quod secunda expositio prædicta um est literæ germana: & verificari potest secundum eam vno modo ex mente Adriani de indulg. col. 12. non quidem in omnibus, sed tantum in his, quorum visitatio non fit cum deuotione, necessaria ad constituendam iustam causam tantæ indulgentiæ. Illi enim soli, quod plus, vel minus ad eam accedent, eò plus, vel minus de hac indulgentia consequentur. Et si roges: qui fieri potest, vt deuotis peregrini, qui poenitens, & confessus saltem in statu gratiæ quindicies visitauerit ecclesias hic
 5 præscriptas, non pertingat ad iustam causam indulgentiæ? Respondeo, ¶ eo quod, vt in not. 15. dicemus, vna, & ead. causa vno modo impleta est iusta causa vnius indulgentiæ, & alio modo impleta, non: & eo, quod cōtingit frequenter, quod vna causa de se insufficientis ad certam indulgentiam, cum egregia contritione, deuotione, & reuerentia adimpleta, fiat sufficiens: & e cōtrario, causa de se iusta, & sufficiens, cum exilima deuotione impleta, fiat insufficientis. Quinto dico, etiam posse verificari secundo modo hunc tex. iuxta secundam expositionem glo. ex mente Caiet. in primo tractat. de indulg. q. antepenult. & ex dicendis in not. 21. in his, quibus non est iniuncta poenitentia sufficiens ad tantam poenam delendam, quantam hæc indulgentia eis deleret, neque est efficax animus satisfaciendi Deo per poenitentiam voluntariè suscipiendam casu, quo non quæreret hanc, vel aliam indulgentiam. Hi enim plus vel minus de hac indulgentia quærunt, quo plus, vel minus proponunt satisfacere pro peccatis suis: & quia, quod deuotius, & frequentius ecclesias hic præscriptas visitauerint, eò maiorem, & efficaciorum animam satisfaciendi concipiunt, ideo quo deuotius, & frequentius ecclesias illas vltra numerum præscriptum visitabunt, eò plus de hac indulgentia quærunt. Sexto dico quod possit tertio verificari tertius hic intellectus iuxta secundam expositionem glo. in his, qui partem visitationum in statu peccati lethalis, & partem in gratiæ statu implebunt. Hi enim iuxta dicenda sub finem not. 19. pro ea parte, quam in gratiæ statu implebant, quærunt hanc indulgentiam: pro altera verò, quam in statu lethalis peccati, minimè.

Ex his inferitur primo, non probare hanc Extrauag. id, quod primo aspectu
 6 videretur concludere ¶ scilicet indulgentias non valere tantum, quantum sonant, Quauis enim probet, dari aliquam indulgentiam, quæ sonat plenissimā remissionem, quam tamen qui lucrificiunt, omnes non quærunt eam plenissi-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

mam: quia tamen id non contingit ex ipsius defectu: sed extrinsecus ex defectu iustæ causæ, vel alterius ad id requisiti, non dicitur non valere, quantum sonat, licet verum sit, aliquos non quærere ex ea tantum, quantum sonat. Quia id, quod est naturale, & principale, attendendum est, & non id, quod extrinsecum, arg. l. Si quis nec causam ff. de reb. cred. cum notatis ibi, per Iason & c. Non dubium de sent. excom. cum annot. ibi per Fel. I I. infertur decisio quæstionis, quæ vetus quærela est, secundum glo. c. Quod autem de pœnit. scilicet indulgentias ex sese tantum valere, quantum sonant. Quæ sententia recepta est, secundum Raymun. in sua summa de pœnit. & Ioh. And. in cap. Quod autem col. 2. & Calder. in c. Nostro col. 12. eodem tit. & Communè in 4. dist. 20. & vbi que. I I I. † indulgentiã, quæ absolutè, sine mentione iniunctionis pœnitentiæ conceditur, comprehendere pœnitentiam etiam iniungendam, hoc est, debitam peccatis eius, qui lucratur indulgentiam etiam si non sit iniuncta. Primo quidem per hanc Extrauagantem, quæ per verba illa *plenam, pleniorẽ, & plenissimam peccatorum remissionem* comprehendit iniungendas, ac iniunctas. Tum, quia summo pœnitentiario iniungenti pœnitentias eis, qui hanc indulgentiam consequebantur, mandatum fuit à Papa, ne id faceret, secundum Palud. in 4. dist. 20. q. 4. in fin. Tum, quia glo. huius Extrauag. in verbo, *plenissima* testatur, se præsentè in consistorio Cardinalium, conditorem eius, scilicet Bonifacium 8. declarasse, quod tantam indulgentiam concedebat, ad quantam clauis ecclesiæ extendi possunt, secundum omnes, etiam ad iniungendas. Secundo facit, quod indulgentia, quæ datur pro defunctis, simpliciter sine vlla mentione iniunctionis, vel non iniunctionis, datur, & prodest eis, etiam quo ad iniungendas, & non iniunctas, secundum mentem omnium, post Inn. in d. cap. Quod autem communiter receptum ibi, & vbi que. Et quod in forma plenissimæ absolutionis, quæ conceditur in morte, continetur, quod absoluens restituit eum ad innocentiam baptismalem: quod tamen non faceret, si ab iniuncta tantum pœnitentiã absolueret. I I I I. quod alioqui nihil ferè valeret concessio indulgentiæ vnus diei, vel anni, ei, cui nulla pœnitentiã iniuncta, & cum hodie paucis, & paucissimi dies, & nulli ferè anni pœnitentiã iniungantur, parum, vel nihil prodesse communiter indulgentiã. Quoniam vel de iniunctis, vel absolutè de pœnitentiis, sine expressione iniungendarum conceduntur. V. quod † concedere indulgentiam vnus diei, vel vnus anni, est remittere tantam poenam Purgatorij, quanta remitteretur per pœnitentiam vna die, vel anno factam, secundum Innocen. in c. Quod autem de pœnit. quem Communis ibi sequitur, & Calderi. in d. cap. Nostro col. 17. & Palud. cum Maior. & communiori in 4. distin. 20. q. 4. col. 4. & Adria. de indulg. col. 10. Et ita non præsupponit eum diem, vel annum esse iniunctum. Contra tamen hanc illationem, & eam affirmantes, tenet duo Thomas de Vio. in tractat. 2. de indulg. cap. 7. † Primùm, quod episcopi, & inferiores Papa, etiam si maximè velint, non possunt concedere indulgentiã, nisi de pœnitentiis iniunctis. Primo quidè quod concilium generale in c. Cum ex eo. de pœnit. & remissio. limitare voluit episcopis omnem potestatem, quam habebant concedendi indulgentias, & solum limitauit potestatem dandi indulgentiam de pœnitentiis iniunctis. Ergo non habebant potestatem indulgendi non iniunctas. Deinde, quod si eis antea fuisset potestas

potestas indulgentiæ etiam non iniunctas, quoad eas non esset hodie limitata eorum potestas. Quod est contra mentem illius text. & cap. Nostro eod. tit. & contra mentem omnium Doctorum ubique. Sed his non obstantibus tenenda est communis sententia scilicet quod etiam episcopus potest condonare pœnitentias iniungendas, & non iniunctas argumento ipsiusmet Th. de Vio in ipsum sic retorto: Per illud c. constat posse eos concedere indulgentiam pœnitentiæ iniunctam: † At secundum ipsum difficilius, & maius est tollere iniunctam, quæ iudicio Dei, & hominis debetur, quam iniungendam, quæ iudicio Dei tantum: Ergo poterit etiam iniungendam, arg. c. Cui plus de reg. iur. lib. 6. cum ei annotatis. Et ad argumenta eius respondeo, quod restricta potestate indulgendi pœnitentias iniunctas, restricta quoque videtur potestas indulgendi non iniunctas. Neque obstat id, quod ille replicat scilicet quod quiddam maius videtur indulgere pœnitentiam iniunctam, quæ iudicio Dei, & hominis debetur, quam quæ iniungi debuisset, quæ solo Dei iudicio debetur: & quod negato maiore non censetur negari minus, arg. d. regul. Cui plus de regul. iur. cum ibi, & alibi sæpe notatis. Huic enim replicationi subtili non minus subtiliter responderi potest. Primo quidem, quod licet vno respectu maius sit tollere pœnitentiam iniunctam, quam non iniunctam, eo, scilicet, quod hæc iudicio tantum Dei debetur. Illa verò iudicio Dei, & hominis. Altero tamen respectu facilius est illius, quam huius sublatio, eo, scilicet quod qui firmo proposuit facere pœnitentiam iniunctam, & acceptavit eam, dignior est eius remissione, quam is, cui non est iniuncta: & ad id quidem, vt secundum eundem ipsum Thomam à Vio in cap. 7. tractat. 2. de indulgent. ei cui non est iniuncta, vel saltem qui non est firmo proposito satisfaciendi per non iniunctam, non potest applicari thesaurus indulgentiarum ecclesiæ prædictus, & alij sic. Et † ideo quoad potestatem saltem tollendi ambæ videntur æqui ponderis, vel certè leuioris est iniuncta merito pœnitentis tantum, vel plus leuante lancem pœnitentiæ iniunctam quantum, vel quam obligatio hominis adiuncta diuinæ eandem grauat: & per consequentiam limitata potestate remittendi pœnitentias iniunctas, limitata quoque videtur potestas relaxandi non iniunctas. Secundo responderi potest, constare de mente concilij, quod vtrunque voluit limitare. Quoniam ratio eius expressa scilicet restringendi indulgentias indiscretas, æquæ vel potius militat in iniungendis, ac, vel quam in iniunctis. Alterum, quod contra omnes tenet idem Caiet. est, quod Papa, licet possit condonare pœnitentias iniungendas, nunquam tamen in dubio eas videtur condonare. Primo quidem, quia stylus communis indulgentiarum habet relaxare pœnitentias iniunctas, vel partem iniunctarum: idè quod Durandus in 4. dist. in. 20. postea quam dixit indulgentias tantum valere, quantum sonant, subiicit: sonant autem, quod ab iniunctis pœnitentiis liberant. II. pro eodem facit, quod non obstat, quod quidam dicunt, quod indulgentiis loquentibus de pœnitentiis iniunctis, addendum est verbum *etiam* vt sit sensus, etiam de iniunctis. Quoniam hæc mera diuinitas videtur, quam reprobatur. cap. 1. vt eccles. beneficia, & gloss. rubr. Infortiati.

III. quod etiã nostra ætate Roma. Põtif. cõcedit singulis diebus dominicis aduētus, & quadragesimæ, quinque, vel septē annos & totidē quadragenas de

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

vera indulgentia. Quæ concessio palam respicit pœnitentias iniunctas, iuxta canones, quibus tales iubentur iniungi. Quin & idem ait dicendum de indulgentia plena simpliciter concessa, eò quòd plenitudo non mutat substantiam: sed quantitatem: & plena dici potest ea, quæ ab omni pœnitentia iniuncta liberat: & non plena, quæ ab illis parte tantùm, vt ex notab. præcedenti colligitur. † Quibus non obstantibus tenendum est cum Communi. s. quòd per indulgentiam absolutè concessam condonatur pœnitentia tam iniuncta, quàm iniungenda: & pœna Purgatorij, quæ per talem pœnitentiam deleri potuisset. Non obstant argumenta eius, quæ solum probare videntur, indulgentias olim primum cœptas fuisse dari de pœnitentiis iniunctis, & quæ hodie dantur de iniunctis non esse extendendas ad iniungendas, siue eas Papa concedat, siue alias: & quòd etiam indulgentia plenaria de iniunctis non continet iniungendas: sed nullatenus probant, quòd indulgentia tot dierum, vel annorum, vel plena simpliciter concessa, non comprehendat etiam iniungendas in defectum saltem iniunctarum quoad peccata, in quæ plena simplex se protendit. Ex quibus omnibus inferitur primo, indulgentiam concessam expresse de pœnitentiis iniunctis, siue sit plena, siue non plena non videti comprehendere pœnitentias iniungendas, sed iniunctas. Tum, quia concessio indulgentiarum restrictè interpretanda est, per dicta in 9. nota. Tum, quia verba huius cõcessionis non se extendunt ad non iniunctas: & quibus verba dispositionis non conueniunt, neque ipsa dispositio conuenit cap. Indemnitatibus §. Supradicta. de electio. lib. 6. Tum, quia non est eadè ratio de vtrisque quoad hoc, licet quoad aliud eadem sit, vt proximè dicebam, Quoniam qui iniunctam acceptauit in maiore necessitate est constitutus: Quippe qui non solum agit de lucro quærendo: sed etiam de damno noui peccati vitando. Et ideo magis est iuandus arg. l. Rem legatam ff. de adimend. legat. Tum denique, quod si de vtrisque intellexisset, de vtrisque dixisset, vel tacuisset, vel vtrasque tacuisset, argument. cap. Ad audientiam de decimis. II. inferitur † idem quoad hæc esse dicendum de plena, seu plenaria, & alia, scilicet, quòd si detur plenaria de iniunctis, de illis solum intelligatur. Si plenaria simpliciter, tam de iniunctis, quàm de iniungendis. Tum, quia eadem ratio idem in his, quod in alijs dicere suadet. Tum, quia secundùm omnes indulgentia huius Extrauag. cõprehendit tam iniungendas quam iniunctas, & non alia ratione, quàm quia simpliciter conceditur plena, & plenissima. III. inferitur † indulgētias plenarias, vel plenas olim concessas in dubio credendum esse, fuisse concessas de iniunctis pœnitētiis, & ideo non esse iudicandas in dubio tales plenas, quæ ad iniungendas, & non iniunctas extendantur. Quoniã vt Durand. & alij multi testantur, & est valde verosimile, olim cum Canones pœnitētiales in vlu quotidiano haberentur, & bona pars Christianorum esset pœnitētiis multorum annorū, quadragenarum, mēsiū, & dierum onusta, ad earum remissionē Papa suum animū intendebat: & ideo, nisi aliud cõcessum exhibeatur, credendū videtur, cõcessum de iniūctis tantum. IIII. † facile esse sustentare indulgētias antiquas plenas simpliciter, sine iniūctarū mētionē cõcessas, interpretandas, & intelligēdas esse de plenis pœnitētiarū iniūctarum. Quia verba recipiūt interpretationē ex cõsuetudine proferētis illa l. Libroui §. Quod tamen Cassius ff. de leg. 3. At consuetudo, & forma Sed. Apost.

Apost. antiqua cōcedendi indulgētiarum, expresse restringebat se ad pœnitentiā iniunctas. Et ideo quoad has plenas indulgentias olim concessas probabilē ar-
 17 bitror opinio ē Caiet. † Quamuis eam non credam verā quoad indulgētiarum plenas, quæ hodie simpliciter, sine vlla adiectione conceduntur: licet ipse etiā dicat eas intelligendas de plenīs pœnitentiārum iniunctarum, & non de plenīs iniungendarum. Quoniam quicquid ipse dicat, consuetudo illa Sed. Apost. antiquior, mutata esse videtur, cum æquē frequenter, aut frequentius videamus hodie indulgentias simpliciter concessas, ac, vel, quā, cum adiectione de iniunctis. Quamuis verum arbitrer, vt not. præcedenti dicebam, indulgentiam plenam etiā hodie simpliciter concessam non comprehendere pleniorē, vel plenissimam, & ita solum deleri per eam pœnitentiā iniunctam, vel iniungendam pro peccatis confessis tantum. V. inferitur indulgentiam,
 18 † vel remissionem peccatorum tot dierum, vel annorum, concessam sine mentione iniunctarum pœnitentiārum, intelligēdam esse de iniunctis quoad eos, qui habent eas iniunctas: quoad eos verò, qui non habent iniunctas, vel quatenus non habent, de his quæ debuissent iniungi, vel saltem de diebus, vel annis, quibus in Purgatorio manere debebant. Tum, quia res in dubio ita interpretanda est, vt valeat. l. Quoties. ff. de regul. iur. Tum, quia etiā dispositio restringibilis tantum extendenda est, quantum verborum eius proprietates patitur. l. cum lege iunct. gloss. per quam id ibi Aret. notat. ff. de test. & post eum resolut. Dec. in l. factum. §. in pœnalibus, num. 12. ff. de reg. iur. & in aliis multis locis & eruditiss. Alciat. in princ. Rubr. de verb. signif. & diximus latē in c. At si. de iud. & in cap. Quia in tantum. de præb. At verba illa *concedimus tot dierum indulgentiam* secundum suam propriam significationem æquē comprehendunt dies iniunctos, ac non iniunctos dies in purgatorio luendos, ac alios: Ergo si, & quatenus continet iniunctos, continebit alios. V. I. inferitur † indulgentiam vnus anni pœnitentiæ iniunctæ lucrifactam à duobus, quorum alteri multo grauior pœnitentiā, quā alteri fuerat iniuncta, multo plus prodesse cæteris paribus ei, cui grauior fuerat imposita, quā cui leuior, tam quoad futurum, quā quoad hoc seculum. Quoad hoc quidem, quia pœnitentiā austerior in eo peragēda ei remittitur: Quoad futurum vero, quia remittitur ei tanta pœna purgatorij, quanta per pœnitentiā illam austeram impletam fuisset sublata: quæ longe maior est, quā quæ per pœnitentiā molliorē alterius fuisset deleta. Dixi *cæteris paribus* quia si is, cui est iniuncta leuior pœnitentiā, haberet maiorem gratiam, secus accidere posset. Quia sicut pœnitentiā in maiori charitate facta, est magis satisfactoria: ita eadem indulgentiā vni concessa tanto est magis utilis illi, quā alij: quanto pœnitentiā ab eo in maiore charitate facta, fuisset magis satisfactoria, secundum Palud. in d. dist. 20. qu. 4. col. 4. V. II. † inferitur, per indulgentias solum condonari pœnam peccato debitam in foro Dei, vel pœnitentiāli: non autem debitam in foro exteriori. Ideoque castigari posse per iudicem secularem, & etiā ecclesiasticum in foro exteriori eum, qui indulgentiam quamlibet plenissimam est assecutus. Quoniam omnis indulgentiā respicit pœnitentiā iniunctas, vel quæ iniungi poterunt, vel debuerunt à confessario, vt ex diffinitione indulgentiæ in notab.
 20 col. 4. V. II. † inferitur, per indulgentias solum condonari pœnam peccato debitam in foro Dei, vel pœnitentiāli: non autem debitam in foro exteriori. Ideoque castigari posse per iudicem secularem, & etiā ecclesiasticum in foro exteriori eum, qui indulgentiam quamlibet plenissimam est assecutus. Quoniam omnis indulgentiā respicit pœnitentiā iniunctas, vel quæ iniungi poterunt, vel debuerunt à confessario, vt ex diffinitione indulgentiæ in notab.
 21 20. posita colligetur, & ita solum respicit forum pœnitentiāle. † At si absolu-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

tus in foro pœnitentialem, castigari potest in exteriori cap. Admonere. 33. q. 2. iuncta gl. 2. & gl. 1. c. 2. de schismati. & gl. fin. cap. Gaudemus. de diuort. trad. Felin. in cap. De his. col. 2. de accusatio. post Panor. & Deci. post eos, in consil. 130. his consequens est, quod Communis tenet. s. non condonari pœnitentiam in capitulo iniunctam. Quia illa forum exterius respicit.

- 22 VIII. † infertur ampliorem esse, vt plurimum, indulgentiam dierum, vel annorum cum commemoratione iniunctionis, vel sine illa simpliciter concessam, quàm indulgentiam totidem dierum, vel annorum Purgatorij. Quoniam pœna Purgatorij, quæ relaxatur per pœnitentiam vnus diei, vel anni in hac vita sponte, & voluntariè factam, longe maior est, quàm pœna vnus diei vel anni Purgatorij coactè suscepta, secundum omnes.
- 23 IX. † vtilissimū, & tutissimum esse iniungere, & acceptare grandes & multorum dierum, & annorum pœnitentias in hac vita peragendas: verum item esse illud Maioris, vbi supra: Non esse veri amici paruas imponere pœnitentias. Et non esse verum id, quod Pan. ait in d. c. Quod autem. de pœnit. s. cauti hominis esse, indulgentiam reseruare pro pœnitentia peccatorum non iniuncta, & facere pœnitentiam iniunctam pro peccatis, ob quæ illa iniuncta fuit. Tum, quia id non arbitror esse suæ potestatis. Tum, quia fieri potest, vt aliqua de causa non quærratur ei illa indulgentia: & longe cautius est per indulgentias redimere pœnitentiam iniunctam, & postea eandem pœnitentiam, quæ iam voluntaria effecta est, vel alia opera laboriosa pro residua pœnitentia sibi debita, efficere. Quod etiam Adrian. animaduertit. X. indulgentiam concessam eis, qui se bello sacro, & subsidio terræ sanctæ recuperandæ, vel conseruandæ deuouere solebant, cruceque signabant, ad omnes pœnitentias tum iniungendas, tum iniunctas extendi,

XII. Notab. de miro, & infinito Christi meritorum pretio.

S V M M A R I V M.

- 1 Extrauag. Vnigenitus, quæ secunda est de pœnit. tenor.
- 2 Christi sanguinis gutta vna suffecisset toti mundo redimendo: imò & minima passionum eius, nu. 3. quod cur versandum mente, nu. 4. quæ ratio tanti pre: ij, nu. 5.
- 6 Intellectus illius: Quod infirmum est Dei, & cætera.
- 7 Christi merita in finita, etiam secundum inferiorum, nu. 8.

XII. Principaliter inseram hic partem tenoris. Extrauag. 2. quæ incipit: Vnigenitus. de pœnit. & remiss. vt ex ea. xij. notabile, & alia singularia nostro proposito necessaria colligam.

Extra

Extrauag. ij. Vnigenitus. de pœnit. & remiss.

Clem. vj.

1 Vnigenitus. & infra.

- 1 Christus † in ara crucis innocens immolatus, non guttam sanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset: sed copiose velut quoddam profluuium noscitur effudisse, ita vt à planta pedis vsque ad verticem capitis nulla sanitas inueniretur in ipso. Quantum ergo exinde, vt ne superuacua, inanis, aut superflua tantæ effusionis miseratio redderetur, thesaurum, militanti ecclesiæ acquisiuit, volens suis thesaurizare filiis pius pater, vt sic infinitus thesaurus hominibus: quo qui vsi sunt, Dei amicitia participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum: sed per beatum Petrum cœli clauigerum, eiusque successores, suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum, & propriis, & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ, tam generaliter, quàm specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent) vere pœnitentibus, & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum beatæ Dei genitricis, omnium electorum à primo iusto vsque ad vltimum merita adminiculum præstare noscuntur. De cuius consumptione, seu minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi, (vt prædictum est) merita, quàm pro eo quod quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum.) Et paulo inferius. (Nos autem attendentes, quòd annus quinquagenarius in lege Mosaica (quam non venit dominus soluere, sed spiritualiter adimplere) iobeleus remissionis gaudij, sacerque dierum numerus, quo lege fit remissio censebatur: quodque, ipse quinquagenarius numerus in testamentis, veteri quidem, ex legis datione, nouo ex visibili Spiritus sancti in discipulos missione, per quam datur peccatorum remissio, singulariter honoratur) Et infra. (Volentesque quam plurimos huiusmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum centesimum peruenire, de fra. nos. con. prædictam concessionem indulgentiæ ex supradictis, & aliis iustis causis ad annum quinquagesimum duximus reducendam. Statuentes de Apostolicæ plenitudine potestatis, vt vniuersi fideles, qui verè pœnitentes, & confessi in anno à Natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo & quinquagesimo proxime futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Petri & Pauli Apostolorum Basilicas, Lateranensem ecclesiam) & infra (modo prædicto visitauerint: plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur): Et infra. (Adiicientes vt ij etiam, qui pro ea consequenda ad eandem basilicas, & ecclesiam accedant, post iter arreptum impediti legitimè, quominus ad urbem illo anno valeant peruenire, aut in via vel dierum pretaxato numero non completo, in dicta vrbe decesserint,

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

vere pœnitentes vt præmittitur, & confessi eandem indulgentiam consequantur.

Aduertendum primo, non videri esse hanc Extrauagantem, vel tenorem eius, illam copiam bullæ Clementis quam dicit esse apocripham Anto. i. part. tit. 10. c. 3. § 6. Qui: hæc non leuia, & dissona stylo Romano continet, vt ille ait illam continere, sed grauissima, & consonantissima illi.

Ex ea igitur colligo pro 12. notabili tria singularia, quæ nullibi adeo inueniuntur expressa. Primum ¶ quod effusio vnus tantum guttæ sanguinis Christi sufficisset pro redemptione totius generis humani. Et ita hic est casus singularis pro Cald. communiter recepto in repet. c. Nostro. col. 5. de pœnit. & re. & pro Thom. qui communiter receptus in 3. parte q. 46. art. 5. ad 3. ¶ dixit, quod minima passionum, quas ille sustinuit, ad id sufficisset, quoad sufficientiam, licet quoad conuenientiam siue redundantiam, omne genus earum sustinuerit, vt mira breuitate demonstrat in corpore eiusdem articuli, ¶ quod nunquam non deberemus animo versare, vt magis, ac magis bene afficeremur ei, qui, quo nostrum in se magis excitaret amorem, pro redemptione nostra non solum iustum pretium, non solum duplum vel centuplum: sed sine vlla proportionem maius, & infinitum præstitit. Ob quam & alias iustas rationes idem Thomas in d. qu. 46. art. 3. concludit, modum omnium redimendi genus hominum conuenientissimum fuisse passionem eo modo, quo eam ille subiit. Alterum singulare, quod ex ead. Extrauag. & illis verbis *propter vnionem* ad verbum colligitur, est ratio, ¶ quare vnus tantum guttæ sanguinis effusio tanti valoris fuit. Est etenim, quod illa effusio propter vnionem humanitatis cum diuinitate, est operatio diuinæ, & infinitæ personæ, & ita hic rursus est casus singularis pro Thoma communiter recepto, & dicente in 3. parte q. 48. art. fin. ad primum, quod passio Christi relata ad Christi carnem congruit infirmitati assumptæ. Relata vero ad diuinitatem, consequitur ex ea infinitam virtutem, secundum illud 1. ad Corin. 1. Quod ¶ infirmum est Dei fortius est hominibus. Quia scilicet ipsa infirmitas Christi, in quantum est Dei, habet virtutem excedentem omnem virtutem humanam. Tertium singulare, quod ex eadem Extrauag. colligitur, ¶ est, meritum Christi fuisse infinitum. Id enim significant illa verba *infinitus thesaurus*, & illa alia *propter infinita Christi merita*. Quod etiam alleuerat Thomas communiter receptus in 3. cœntiarum distinct. 19. In infinitum, inquam, primo ratione personæ merentis: quippe quæ Deus verus erat: licet secundum humanitatem, quæ creatura est, id mereretur. Deinde ratione Dei acceptantis. Quia Deus illud meritum pro infinitis acceptauit, secundum omnium mentem in d. distinct. 19. ¶ Postremo secundum Iohannem Maior. ibidem, etiam ratione intensiōis meriti, quia fuit infinitè intensum. Ex quibus omnibus consequitur, verum esse id, quod Palud. in 4. distinct. 20. quæst. 4. colom. 3. & Anton. 1. parte titu. 10. cap. 3. §. 1. aiebant, nempe passionem Christi valoris infiniti fuisse, tam quoad vim satisfactoriam, quam quoad meritoriam.

XIII. Notabile de indulgētiarū thesauro, & meritis Christi, & sanctorum, vnde conflatur ille.

S V M M A R I A.

- 1 *Indulgentiarum thesaurus quid, & vnde.*
- 2 *Sacramentorum doctrinam ecclesie Romana tenendam.*
- 3 *Actus meritorius meretur, & satisfacit pro agente, vel alio diuersa ratione, num. 4.*
- 5 *Meretur nemo alij gratiam de condigno, excepto Christo, qui à sua conceptione eam omnibus seruandis meruit, nu. 6.*
- 7 *Satisfacit alius pro alio de condigno.*
- 8 *Maria virgo immunis à peccato, etiam originali, & quatuor sanctorum genera, num. 9.*
- 10 *Christus gloriam sui corporis, non autem anime sibi meruit, quam tamen infinitis aliis meruit quoad sufficientiam: & ita nunquam condignè remunerabitur, neque ob id iniuriam patitur, nu. 11.*
- 12 *Merita sanctorum remunerata ultra condignum, quoad vim merendi, non autem quoad vim satisfaciendi, nec ob id Deus iniurius eis, n. 13.*
- 14 *Christo, & sanctis fuisse mentem satisfaciendi pro aliis.*

- 1 XIII. Principaliter colligo ex dicta Extr. in 12. notab. relata, aliud singularissimum, † nempe, merita Christi, & sanctorum quatenus sunt satisfactoria esse thesaurum indulgentiarū ecclesie. Vnde Prælati eius sumunt, quo pœnas, quas relaxant compensent: & quidem ad huius notabilis confirmationem satis superque sufficit hæc Extr. arg. cap. In canonicis 19. dist. cum præsertim contineat doctrinam sacramentorum scilicet tertie partis sacramenti pœnitentiæ, quæ est satisfactio secundum Tho. receptum in 3. part. q. 90. art. i. * quod esse de fide Catholica declarauit Consil. T. id. sess. 14. cap. 3. can. 4. * & à doctrina † sacramentorum ecclesie Romanæ non licet discedere cap. Ad abolendam de heret. Quamobrem non abs re Tho. à Vio in lib. de thesauro indulg. q. 1. illam Extr. in hoc magnificauit, licet in lib. alio de indulgent. q. 3. eam non citasset.
- 2 Monstratur tamen & secūdo veritas huius not. ea ratione, quod eodem actu † quis potest pro seipso mereri præmium, & pro quouis altero satisfacere, absque vllō sui præmij dispendio, argumento cap. 32. Exod. quatenus ex eo colligitur: Moysem sua illa feruēti oratione, qua Deum orabat, vt populo parceret, aut se de libro vitæ deleret, & sibi præmium quæsiisse, & populo pœnæ remissionem impetrasse: argumen. item cap. 4. Leuit. quatenus per illa verba *sacerdote orante propitius erit ei dominus* significat sacerdotem rectè orātem non solum sibi præmium: sed etiam populo pœnæ remissionem impetrare. Quid enim aliud est eo loco Deum eis propitium esse, quàm eum non nihil ex pœna.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

peccatis debita remittere? Probatum & idem factum Andree Apostol. qui pro presbytero toto suæ vitæ prioris tempore scortis dedito, non prius cessauit orare, & se ieiuniis, & lachrymis affligere, quam diuinitus intellexisset condonata fuisse illi sua peccata. Probatum & per cap. 1. 26. q. 7. & per cap. Animæ 13. q. 2. cum eorum similibus quatenus docent eod. actu, & mereri posse quem sibi gratiam suæ gratiæ augmentum & alteri etiam mortuo pœnæ in purgatorio purgandæ condonationem. Demonstratur, & eo, quod dominus Iesus Christus pro peccatoribus sanguinem suum fudit, & acerbissimam perpeffus est mortem, vt nobis peccata remitterentur, nec tamen ob id suæ passionis præmio frustratus est ipse. Nam propter hoc Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ad Philip. 2. Comprobatur & eo,

4 quod meritum, & satisfactio non tam re, quam ratione differunt. † Quoniam omne opus bonum factum ab eo, qui charitatem habet est meritorium, & satisfactorium. Meritorium quidem ea ratione, qua est bonum, & quis pro illo meretur beatitudinem: satisfactorium autem, qua est pœnale, & per illud quis patitur pœnam, Et licet quatenus est meritorium non excedat personam merentis, eo, † quod nullus potest mereri fœlicitatem æternam alteri, saltem de condigno, secundum Thom. receptum 1. Sec. q. 114. artic. 6. excepto Christo, cui soli data fuit gratia capitalis, seu vniuersalis, quæ ob sui eminentiam in alios tanquam in membra deriuaretur, secundum eum receptum 3. parte q. 8.

6 artic. 5. & 6. & ideo † meruit eam aliis omnibus seruandis, secundum eund. 3. parte q. 48. artic. 1. Iam inde à sua ineffabili conceptione, secundum eund. ibidem ad 2. & q. 34. artic. 3. Licet inquam opus ex charitate procedens, quatenus est meritorium beatitudinis de condigno, non excedat personam merentis: quatenus tamen est satisfactorium etiam de condigno, eam excedit. †

7 Potest enim vnus pro alio satisfacere, vt antea probabam. Et ita non solum merita Christi pœnalissima: sed etiam multa aliorum, qui vel nullas culpas habuerunt, vel vltra pœnas eis debitas passi sunt, manent, vt quidam vocant, irremunerata quatenus sunt satisfactoria: hoc est, non sortita effectum, quoad virtutem illam satisfaciendi. Demonstratur, & eo quod quamquam nemo sit, cui non cumulatius præmium in cœlo Deus largiatur, quam hic in terris ipse meruit: innumeri tamen sunt, qui longe grauiores arumnas pertulerunt,

8 quam ad suorum suffecissent delictorum expiationem. Quorum prima est † gloriosa Christi genitrix, quæ nœuo quouis & labe caruit, tam originalis, quam actualis peccati, quæque innumeras, & easdem acerbissimas perpeffa

9 fuit molestias †. Secundi ab ea sunt, qui lethalibus noxiis caruisse creduntur, vt Ioanes Christi præcursor, & Hieremias. Tertium locum obtinent plurimi, qui nunquam post baptismi gratiam culpam admisserunt mortiferam. Quarti sunt qui post condonata eis peccata mortifera, & debitam pro eis satisfactio-nem factam, clades, & calamitates immensas, & absque numero sunt perpeffi. Quorum acta quatenus meritoria fuerunt, non solum iustum: sed longe maius recepisse, vt non est negandum: ita confitendum est ea, quatenus fuere satisfactoria non esse suum sortita effectum, & ita ecclesiæ omnium piæ matri relicta, vt ea in thesauro suo habeat: Vnde pro aliorum suorum filiorum debita pœna satisfaciat. Non obstat, quod Franciscus Mayronis dicebat nulla esse

esse Christi merita, quæ non essent plenè remunerata, iuxta illud Paul. Ad Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Respõderi enim potest primo, id longe falsissimum esse.

10 † Quia licet ille sibi solam corporis exaltationem meruisset, eamque longe amplissimam recepit, vt Apostolus testatur in d. cap. 2. ad Philipp. & licet suæ animæ summam illam beatitudinem minime prius saltem tempore miruisset: sed gratis sine tali merito suo datam accepisset: aliis tamen infinitis meruit, cum corporis, tum animæ beatitudinem, quoad sufficientiam, quam nunquam recipiet. Meruit & eandem electis suis, quosquod fuerunt, & in finem vsque mundi erunt, quoad sufficientiam, & efficientiam quam tamen nondum in eis recepit, vt colligitur ex Thoma communiter recepto in 3. dist. 18. & dist. 19. q. 1. artic. 1. & q. 2. & 3. parte q. 34. ad finem: ad primum & latius q. 49. artic. 6. Secundo & clarius respondeo, quod licet merita Christi, quatenus erant meritoria essent remunerata: non sunt tamen omnino: neque vnquam erunt qua parte erant satisfactoria. Quoniam infinita erant, vt in præcedenti notab.

11 colligebamus. Neque † vlla iniuria fit Christo Opt. Max. quòd sua infinita merita non remunerentur infinite: quoniam scienti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus, & ipse prudens vt ita fieret, voluit. Non obstat etiam, †

12 quòd opera sanctorum remunerata sunt etiam vltra condignum, quia id verum est ea parte, qua fuerunt meritoria gratiæ & gloriæ: non tamen ea, qua fuerunt satisfactoria, quæ huiusmodi demonstratum est. † Neque vlla fit eis in hoc iniuria plusquam Christo. Tum, quia nihil ex eo deperit: quandoquidem neque altior eis gradus, neque citius eis gloria ob id reddenda erat. Tum, quia

13 gaudent sese capiti suo in hoc conformare. Non obstat etiam dicere, † quòd neque Christus, neque sancti eius habuerunt intentionem satisfaciendi pro aliis, neque applicauerunt opera sua debitis aliorum soluendis. Et quòd opus vnus satisfactorium non satisfacit pro alio sine intentione mentis ad illud. Non inquam obstat: quoniam falsum est assumptum, quoad ipsum quidem Christum. Quia ipse passus est pro nobis 1. Pet. 2. quoad sanctos item eius: quia mors eorum fuit, pati pro nobis, quatenus debita eorum suis passionibus non egerent, iuxta illud Apost. ad Col. 1. *Adimpleo ea, quæ defunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia* quo palam significat, diuinam prouidentiam disposuisse, vt passiones aliquæ sanctorum spectarent ad complementum passionum Christi pro corpore eius, quod est ecclesia: & hanc diuinam ordinationem sanctos suis passionibus superabundantibus adimpleisse. Offert se tamen hic replicatio fortis ex argumento, quod in calce notabilis sequentis soluitur. Non obstat prædictis quod moderni Medinen. qui post nos scripserunt, late secuti alios affirmant, in tract. de indulg. disp. 8. cap. 45. quod non omnia opera meritoria, sed tantum pœnalia & afflictiua sunt satisfactoria. Tum, quia vt nulla sunt opera meritoria quamlibet penosa, quæ non habeant aliquam consolationem adiunctam iux. illud Paul. 2. Cor. 1. *Qui consolatur nos, in omni tribulatione* adeo quod Thom. in 4. dist. 15. q. 1. artic. 1. quæstione 1. dixerit. Opera etiam pœnalia tanto esse suauiora, quanto ex maiori charitate procedunt per illud 1. Iob. 4. (Charitas pœnam non habet) ita nulla sunt adeo suauia quæ non habeant

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

aliquem laborem & difficultatem admixtam, omnia enim sunt bona & actus boni virtutum * vt post alios diximus in Manu. Confess. prælud. 7.* & consequenter laboriosa & difficilia quia omnis actus virtutis quamlibet suauis, est laboriosus & difficilis, nam virtus circa difficile versatur vt ait Aristot. recept. Ethic. 5. cap. 3. & merito quia constare debet ex causa integra secundum eundem & Dionys. in 4. cap. de diuin. nomin. & subinde ex obseruantia omnium circumstantiarum quæ sine aliquo labore, cura, & difficultate, non fit, & ita hoc respectu affligit animam, licet alio vel alio consoletur & recreet. Tum, quia oratio quæ solet esse opus suauissimum est tertium genus operum satisfactoriorum secundum Thom. & omnes alios vbi supra Tum quia grauissime de more Thom. in eod. art. quæst. 3. respondendo ad argumentum propositum ad probandum orationem non esse satisfactoriam, sic ait. Quælibet oratio habet rationem satisfactionis, quia quamuis habeat suauitatem spiritus, tamen habet afflictionem carnis, quia vt dicit Greg. super Ezech. homil. 15. Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur procul dubio fortitudo carnis: vnde & neruus femoris Iacob ex Lucta angeli emarcuisse dicitur in Gen. c. 32.

XIIII. Not. de indulgentiarum thesauri dispensatione sine sacramenti applicatione.

S V M M A R I A.

- 1 *Indulgentiarum Thesaurum esse dispensabilem per prelatos, etiam sine sacramenti applicatione.*
- 2 *Dispensatio thesauri prædicti aliter fit per sacramentum, aliter per indulgentiam.*
- 3 *Ecclesia boni aliter, quam per sacramenta communicabilia dispensari posse sine sacramento.*
- 4 *Merita sanctorum, quatenus satisfactoria, sine sacramento communicari posse.*
- 5 *Intellectus illius: Quodcunque solueris, &c.*
- 6 *Sacramenti effectum sine sacramento dare solius Christi.*
- 7 *Merita Christi quoad vim merendi cur non applicetur sine sacramento, quoad vim vero satisfaciendi sic.*
- 8 *Purgatorium non esse, cur non concludat infinitas huius thesauri applicationi penitentibus.*

XIIII. Principaliter noto in prædicta Extrauaganti Vnigenitus in duodecimo notabili relata, quinque alia singularia nusquam alibi sit expressa. † Primum quidem, thesaurum satisfactionum Christi, & sanctorum, quam in præcedenti notabili diximus haberi ab ecclesia, esse dispensabilem.

Alterum

Alterum, eius dispensatorem esse Rom. Pont. Petri successor em. Tertium, dispensari posse per eum particulariter vni vel alteri, & generaliter multis, vel omnibus. Quartum, dispensari posse aliquando pro totius pœnæ temporalis, aliquando pro partis eius remissione. Quintum, hanc dispensationem fieri posse per Papam, etiam sine sacramenti applicatione. Priora enim quatuor expresse habet rex. Quintum autem idemque postremum fuit ex quatuor prædictis. Dispensatio enim, quæ fit per sacramenti applicationem raro fit per Papam, & nunquam generaliter: sed singulariter ei, cui sacramentum illud ipse ministrat. At huius thesauri dispensatio, frequentissime fit per eum, & fieri potest generaliter multis, & omnibus, vt textus habet: Ergo aliter fit, quàm per sacramenti applicationem. † Secundo, idem probatur eo quòd quantitas dispensationis huius thesauri, quæ per applicationem sacramenti fit, non pendet à voluntate applicatis, vt. i. huic fiat maior, illi minor: sed à voluntate Dei, & quantitate contritionis, vel alterius satisfactionis, quæ ab applicante sacramentum imponitur pœnitenti, iuxta mentem c. Quem pœnitet, quod proxime sequitur infra eo, in versu. Ipsi enim sacerdotes: & mentem omnium in 4. sententia. dist. 20. Ill. facit, quod Thom. à Vio de indulg. q. 4. testatur ita fuisse à Leone 10. declaratum. Qui tunc, vt arbitror, non satis meminit hanc Extrauag. Cuius tamen auctoritatem magnificat ad aliud propositum, de thesauro indulg. q. 1. III. probatur eo, quòd vniuersa ecclesia id declarauit facto, & Papæ, & aliorum episcoporum passim concedentium sine applicatione sacramenti indulgentias, per quas non solum condonatur obligatio exequendi pœnitentiam iniunctam: sed etiam remittitur pœna purgatorij per eiusmodi pœnitentiæ executionem remittenda. Quod tamen nulla ratione alia defendi potest, quàm quia de hoc thesauro satisfactionum inexhausto desumunt tantum, quantum ad compensandum illas pœnas, quas relaxant, opus est. V. facit ratio Thomæ à Vio, quæ confirmas hoc notab. simul ea, quæ illi opponi possunt dissoluit, scilicet † quòd communia præsentis ecclesiæ bona, aliter quàm per sacramenta communicabilia, dispensari possunt à præsidente ecclesiæ, etiam aliter, quàm per sacramenta communicabilia, dispensari possunt à præsidente ecclesiæ, etiam aliter, quàm per sacramenta: & merita Christi, † & sanctorum, quatenus sunt satisfactoria, sunt cõmunia bona præsentis ecclesiæ, communicabilia aliter, quàm per sacramenta. Quoniam hæc eadem bona potuissent, si voluissent, sancti communicare aliter, quàm per viam sacramenti aliis membris ecclesiæ in particulari, vt probat. c. 1. 26. qu. 7. per quod illud affirmat Richardus cum omnibus in 4. dist. 20. art. 1. q. 3. probat. & c. Anima 13. q. 2. V. I. factum illud Matth. 16. translatum in c. Quodcunque 24. q. 1. s. † *quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis*, etiam si respondeatur illud intelligendum esse procedere, quãdo soluitur eo modo, quo est solubile. Quoniam cum pœnã temporalis pro actuali peccato debita sit solubilis, & per sacramentum, & per alienam satisfactionem sine sacramento applicatam, infertur quòd huius pœnã potest à Papa solui, non solum per sacramentum: sed etiam per alienam satisfactionem sine sacramento applicatam.

6 Non obstat, quòd dare effectum sacramenti sine sacramento, pertinet ad præcellentem Christi potestatem, quam nulli alij communicauit, secundum

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

Thom. communiter in hoc receptum 3. parte q. 64. art. 3. & 4. & in 4. dist. 5. qu. 1. & 2. Quoniam id verum est de toto effectu sacramenti, & de principali eius parte. scilicet remissione maculæ, siue, vt aiunt, culpæ peccati, vel pœnæ æternæ, non autem de remissione pœnæ temporalis, quam constat multis aliis operibus propriis, & alienis condonari posse per prædicta.

- 7 Non obstat etiam, quod qua ratione merita Christi quoad vim merendi non possunt applicari à ministris eius alicui, nisi per sacramenta: eadem quoque non deberet applicari, quoad vim satisfaciendi. Quoniam merita quoad vim merendi de condigno, non sunt communicabilia suapte natura: quoad verò vim satisfaciendi sic. Et ideo dominus Iesus sua diuina sapientia statuit sua sola merita, quæ sunt infinita, vt hic textus habet, facere communicabilia, quoad vim merendi per sacramentorum applicationem tantum, & non alias, quæ misericordissima eius in nos benignitas fuit: quoad vim verò satisfaciendi voluit esse communicabilia, per eius ministros sine illa sacramenti applicatione. Quemadmodum, & suorum seruorum merita quoad hanc vim per ipsosmet communicari possunt, vt prædictum est. Offert se tamen hic replicatio fortis, de qua etiam in fine notabilis præcedentis memini, scilicet quod hæc videtur consequi, nullum esse purgatorium, & nihil post veram contritionem relinqui puniendum, etiam pœna temporaria.
- 8 † Quoniam si is thesaurus est infinitus, & continet infinitum satisfaciendi valorem, vt in duodecimo notabili diximus, & tam Christus, quam sancti, qui eum lucrifecerunt, voluerunt, vt satisfactiones, quæ illis superfluerent, solutioni debitorum suorum membrorum & fratrum cederent, & ea sua compensatione tollerent, vt in fine præcedentis notabilis dicebamus: & possunt etiam, sine sacramenti applicatione applicari; consequens profecto videtur, omnia omnium peccatorum debita simul, ac ipsi iustificantur, etiam quoad temporariam pœnam soluta. Quandoquidem necesse est, vt infinitum pretium solutioni, & compensationi eorum, quæ finita sunt, applicatum, ea ipso iure soluat, argum. l. fin. C. de compensatio. Hæc tamen replicatio solui potest respondendo, quod sicut merita Christi quoad vim merendi licet sint infinita, finite tamen voluit nobis applicari: ita etiam merita eius, quæ etiam quoad vim satisfaciendi sunt infinita, finite tamen voluit ea satisfactioni peccatorum applicari, licet latius quam quoad vim merendi. Quoniam quo ad hanc neque applicari possunt nisi per sacramenta, neque per illa nisi quoad partem certam iam à diuina voluntate determinatam, quoad vim tamen satisfaciendi, voluit ea posse applicari etiam sine sacramentis, & quoad quantitatem, quæ dispensatori eorum videbitur, modo id rationabili de causa faciat. Quorum omnium iustissima est ratio, quandoquidem vis illa merendi longe pretiosior est, quam vis satisfaciendi, & ideo parcius est largienda. Nec vis illa satisfaciendi, adeo vilis putanda est, vt passim, & omnibus, & sine iusta causa pro libito humano sit effundenda. Adeo omnia quæ à Deo sunt, ordinata sunt, ad Rom. 13. & Extravag. Vnam sanctam, de maior. & obed.

XV. Notab. de causa indulgentiæ, quæ & quanta esse debeat.

S V M M A R I A.

- 1 *Indulgentia sine causa nihil valet, sicut nec relaxatio voti, nec iuramenti, nu. 2. neque cum causa, quatenus eam excedit, nu. 3. & nu. 13.*
- 4 *Indulgentia intra metas concessionis alij maior, alij minor quaritur, licet multi contra, nu. 5. quorum septem rationes, nu. 6. sed profundius alij pro, nu. 7.*
- 8 *Indulg. causa ut sit sufficiens, licet non equipollens.*
- 9 *Indulgentia magna pro re leui concessa excusatio, & declaratio noua, & singularis, quæ magis explicatur, nu. 14.*
- 10 *Dispensatio bonorum ecclesia spiritualium, & temporalium concessa Papa, quadruplicis generis.*
- 11 *Pœnitentiæ iniunctæ relaxatio, à Papa sine causa tenet.*
- 12 *Pœnitentia debita duplex.*
- 15 *Causa indulg. sic impleta maior, sic impleta minor.*
- 16 *Indulgentia magna pro re leui cur utilis, & qualiter temperanda, n. 17.*
- 18 *Indulgentia denunciatores qui reprehendendi.*
- 19 *Indulgentia quæ, quolibet die: sed non qualibet hora queritur.*

XV. Principaliter colligo ex prædicta Extrauag. in d. notab. xij. transcrip-
 ta, aliud singulare. s. † non vanè: sed ob causam rationabilem esse conceden-
 dam indulgentiam. Habet enim contextus, Christum commisisse thesaurum
 indulgentiarum prædictum dispensandum per Petrum, & eius successores
 propriis, & rationabilibus de causis: Facit & Extrauag. i. in 7. notabili supra
 transcrip-
 ta, quæ in versic. *Vt autem expressit* causam concedendi indulgen-
 tiam anno centesimo, & in §. Statuentes duplo plures visitationes ecclesiarum
 iniunxit Romanis, quàm aliis exteris, vt laborem eorum satis sufficientem fa-
 ceret ad quærendas indulgentias, quas alij longiore peregrinatione essent
 merituri. Quæ etiam in hac Extrauag. Vnigenitus. versic. Statuentes, repetun-
 tur. Facit. c. Cum ex eo. de pœnit. & remiss. quatenus indiscretas indulgentias
 2 damnat. Et † quod relaxatio voti sine iusta causa facta, est nulla: secundum gl.
 singul. c. Non est. de voto. Relaxatio item iuramenti secundum gloss. c. Quan-
 to. de iureiuran. vbi latè diximus. Et quòd potestas concessa est prælati in ædi-
 ficationem, non in destructionem. 2. ad Corinth. 10. quòd prælati non sunt do-
 mini thesauri prædicti: sed solum dispensatores, vt hæc ipsa Extra. exprimit. Et
 quòd dispensatio bonorū temporalium ecclesiæ à Papa sine vlla causa pro sua
 sola voluntate facta, est nulla, etiam si eorum possessionem in alium transfe-
 rat, arg. c. Non liceat Papæ. 12. q. 2. in cuius Còment. tractando de spoliis cleri-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

corum latius hoc nuper declarauimus §. 2. nu. 2. & 7. & §. 3. nu. 8. & 9.

- 3 Amplio hoc † not. procedere, non solum in indulgentia sine vlla causa concessa: sed etiam in concessa cum causa iusta quidem ad aliquam indulgentiam concedendam: sed non ad tantam. Quia quoad partem illam, quæ causam excedit: non valebit quicquam, vt affirmat Augustinus ab Ancona. de potest. eccl. q. 32. & 19. art. 4. & Fel. in sermon. indulg. col. 3. & Gabriel. super Canon. miss. lectio. 57. P. & latius Adrianus. de indulg. fol. 2. versic. Secunda conclusio. & Maior in 4. dist. 20. q. 2. col. 4. & Thomas de Vio in q. 1. de cas. indulg. & in tractat. de indul. c. 8. Quod confirmatur. Tum, per hanc Extrauag. & prædicta. Tum, quia Innoc. cum quo omnes transeunt in d. c. Quod autem. de pœnit. id
- 4 sentit, quatenus, nu. 2. ait † de indulgentia generaliter ob aliquid concessa, alterum plus, & alterum minus intra metam à prælato cōcessam quærere posse, prout alter vel plus dat, vel plus laborat, vel maioribus periculis se obicit, vel deuotius ad ipsum, quàm alter accedit. Pro quo videtur casus à nemine in hoc citatus, in d. Extrauag. 1. in illis verbis: *Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui Basilicas ipsas amplius, & deuotius frequentabit.* Tum, quia idem iuris est de parte, quoad partem, quod de toto, quoad totum. l. Quæ de tota. ff. de rei vendic. c. Pastoralis. §. Item cum totum. de offic. deleg. At indulgentia sine vlla causa concessa, tota est nulla, vt omnes ferè sentiunt: Ergo indulgentia concessa ob causam, quæ tamen non sufficit ad totam, sed ad partem illius concedendam, erit nulla, quoad aliam partem, quæ causam excedit. Contra tamen hæc omnia facit, quòd contrarium, † scilicet cōcessionem indulgentiæ, sine sufficienti causa factam, quoad totam valere, licet eam concedens peccet, tenere videtur Diuus Anton. 1. part. tit. 10. c. 3. §. 1. & affirmat Dionysius in 4. dist. 20. q. 3. col. 5. & Ioh. Tabien. verbo, Indulgentia. §. 10. tribuens id diuo Thomæ: & glo. magna Extrauag. prædictæ. 1. supra eo. col. 2. clarè significat, eam causam, quæ sufficit ad concedendam indulgentiam aliquam magnam, sufficere quoque ad concedendam maiorem. II. facit, † quòd si causa sufficiens requireretur, consequeretur, indulgentiam nihil profuturam esse. Quippe cuius causa sola sine illa sufficeret ad delendam pœnam temporalem, ad cuius deletionem applicatur indulgentia. III. quòd pro ead. causa sæpe Papa concedit minorem, & maiorē indulgentiam. IIII. quòd Thom. in 4. dist. 20. dixit, indulgentiæ causam, & rationem non exigi ad metiendum indulgentiam. V. quòd sæpe Papa concedit indulgentiam plenariam pro visitatione sola alicuius ecclesiæ, facta cum manuum adiutricum porrectione: In id & pro sola visitatione, etiam sine vllius rei oblatione. In die item sancto Panchæ, facta benedictione à Papa super platea S. Petri, duo Cardinales pronuntiant indulgentiam plenariam omnibus præsentibus, testante id Thom. de Vio Cardinali * quòd & nos factum sub fœ. rec. Pio V. & à S. D. N. Greg. XIII. posteaquam senes ad urbem venimus, vidimus * & nos globulos ligneos à summis Pontificibus ita benedictos, vt qui aliquem eorum tenens in manu, orationem dominicam pro anima quapiam Purgatorij diceret, eam ab eo liberaret. Passim item per diplomata, quæ confessionalia appellant, concedi videas omnes indulgentias omnium stationum Romanarum visitanti tres ecclesiās, vel tria altaria; sine vlla precum pronuntiarum præscriptione.

Passim

Passim item tota Castella, cum sibi annexis regnis suscipit nostra ætate diplomata, quibus cuicumque etiam quantumlibet diuiti, & magno principi binos numos argenteos in Turchas, vel sarracenos danti, plenaria indulgentia peccatorum, cum multis aliis facultatibus conceditur. Aut ergo decipit nos ecclesia Romana (quod non est dicendum) aut leui, & leuissima de causa concedi potest indulgentia omnium grauissima. V I. facit, quòd dispensatio thesauri spiritualis ecclesiæ perinde videtur Papæ commissa, ac aliorum ministeriorum. At dispensatio aliorum ministeriorum etiam si male, ac sine causa fiat, valet tamen. Is enim, quem Papa etiam indignè efficit presbyterum, diaconum, vel subdiaconum, presbyter est diaconus, aut subdiaconus: & is, quem indignè Episcopum, Abbatem, vel Priorem constituit, vere, vt plurimum est Episcopus, Abbas, aut Prior: licet in eo Papa peccet. V II. quòd pœnitentiarum iniunctio, quæ fit à sacerdote post confessionem sacramentalem, ex dispositione humana, & non diuina debetur: ergo sublatio obligationis implendi eam, etiam si male fiat à Roma. Ponti. valebit tamen, arg. c. Proposuit de concess. præben. & l. Princeps ff. de leg. & notatorum in c. i. de constituit.

7 Ad horum primum respondeo, † multo plures, & firmiter, & firmiteribus fundamentis tenere nostrum hoc notabile cum ampliatione sua, quàm contrarium. Ad 2. sequutus mentem Adriani, & Caiet. respondeo, † quòd ad indulgentiam concedendam non requiritur causa æquipollens: sed sufficiens, verbi gratia, quoad concedendam indulgentiam viginti dierum non oportet interuenire talem causam, quæ per se mereatur tantam remissionem pœnæ, quantam pœnitentia 20. dierum mereretur: sed alia minor, quæ sit iusta causa, quare prælatus pro ea 20. dierum pœnitentiam relaxet. Quanto autem minor sufficiat, & quanto minor non sufficiat, Deum solum omniscium scire arbitror. Sicut & quæ sit sufficiens, & adæquata pœnitentia ad condonandam pœnam temporalem debitam peccato mortali condonato, solus ipse nouit, scientia inquam certissima, probabili enim opinione arbitrari potest etiam qui concedit eam, sicut & confessarij arbitrabantur pœnitentias magis olim quam ætate nostra, in qua pauci sic arbitratas æquo animo (quæ fragilitas nostra est) susciperent iux. illud Pelag. in cap. fraternitatis 34. dist. *defectus nostri temporis quibus non solum merita sed corpora ipsa hominum defecerunt, distractionis illius non patitur manere censuram.* * Ad III. concedo, Papam sæpe pro eod. opere maiorem, & minorem concedere indulgentiam: sed nego ex eo inferri quicquam contra nos, qui non negamus, minorem indulgentiam rectè concedi posse pro causa merente maiorem. Ad IIII. respondeo, quòd † mens Papæ concedentis grauissimas, & maximas indulgentias pro leuibus, & paruis rebus, non est, vt quicumque illa quoquomodo fecerit, totam illam indulgentiam quærat: sed quòd intra metam indulgentiæ illius quærat tantam, ad quantum concedendum implementum illius paruæ rei sufficiet: ita, quòd licet vulgaris impletio illius rei leuis, & paruæ, non sit causa tantæ indulgentiæ, tamen cum tanta peccatorum contritione, & tanta in Deum reuerentia, & tanto charitatis seruore posset illam rem paruam facere, quod efficeret iustam causam indulgentiæ tantæ sibi concedendæ. Quæ responsio plurimum quadrat verbis, & menti inno. in d.c. Quòd autem pro ampliatione

huius notab. supra relati: verbis item, & menti Extrau. i. de pœn. pro eod. ibidem citata, vt in illatio. 6. 7. 8. & 9. demonstrabo. Ad V. pro illius dissolutione præmitto, Papæ quidem omnium, & aliis prælatis aliquorum spiritualium, & temporalium dispensationem esse concessam, & non dominium, saltem plenum, iuxta illud Apostoli *Dispensatio mihi credita est* * quod non solum esse verum sed & de fide probat cap. i. de reform. fess. 28. Concil. Trid. quod nos late comprobamus in Apologia lib. de re dit. in ca. vlti. 16. q. 1. in quæst. 1. mon. 26. 28. & 38. & 39. Sed illam dispensationem non esse in omnibus suæ potestati subiectis eiusdem naturæ. Quoniam sunt quædam, quorum dispensatio bene, vel malè facta ipso iure tenet, licet mala sit: qualis est dispensatio ordinum, beneficiorum, & legum humanarum, quæ vt plurimum, licet fieri non debeat, facta tamen tenet, argu. eorum, quæ habentur in titu. de eo, qui furt. ord. suscipit. titu. de biga. & seruis non ordinand. & cap. Graue. de præbend. & eorum, quæ late ibi diximus: & eorum, quæ ponit vterque Thomas in 1. Secun. quæst. 95. & in 2. Secun. quæstio. 88. arti. 12. & tertius in Commen. de spol. cap. Non liceat. 12. quæstio. 1. §. 3. nume. 8. & 9. Sunt autem alia, quorum mala dispensatio ipso iure non tenet, licet aliquem aliquando effectum fortiantur. Qualis est dispensatio bonorum temporalium ecclesiæ, quoad alienationem saltem, quæ si mala est, ob defectum saltem causæ, non valet ipso iure. cap. Sine exceptione. cum ei annotatis. 12. quæstio. 2. potest tamen habere aliquem effectum facti, quia possessio vera, licet fortè iniusta, in eum, cui fit, transibit, argu. l. 1. §. Si vir. ff. de acquiren. possessio. Sunt alia, quorum mala dispensatio, nec ipso iure valet, neque vllum facti sortitur effectum. Qualis est dispensatio mala voti, & absolutio iuramenti, & dispensatio huius thesauri spiritualis, quæ si malæ sunt saltem ex defectu causæ veræ, non tenent ipso iure, & vix aliquem facti effectum sortiuntur, nisi fortè quoad forum exterius. Quæ autem sint illa, quorum dispensatio etiam mala teneat, & quæ, quorum dispensatio mala non teneat? ex campo iuris diuini, & humani declarantis illud decerpendum est. Ad argu. ergo in forma respondeo, concedendo dispensationem quidem ordinum, beneficiorum, & multorum aliorum, etiam sine iusta causa factam, vt plurimum tenere: non autem dispensationem thesauri, iuxta proxime dicta.

21 Ad VI. concedo, quod † sublatio pœnitentiæ à sacerdote post confessionem sacramentalem iniunctæ, etiam sine causa facta à Roma. Ponti. valet, dato, quod sit mala, aded, quod pœnitens non tenebitur eam implere. Nego tamen ob id ei condonari pœnam temporalem, ad quam iure diuino tenetur. Et ita concedo, posse quidem Papam, etiam sine vlla causa concedere indulgentiam, qua obligationem implendi pœnitentiam iniunctam tollat: non tamen, qua pœnam Dei iudicio ei taxatam condonet. Quia humana potestate constituta, licet si bene constituta sunt, non debeant sine iusta causa destrui, & tolli: tamen destructio, & sublatio facta per Papam tenet. c. Proposuit de concess. præbend. l. Princeps ff. de leg. cum tamen diuino iure constituta nequeant ita dissolui per prædicta.

12 Ex his omnibus inferitur primo quidem, † duplicem esse pœnam, vel pœnitentiam debitam à pœnitente. Alteram, quam arbitrio Dei, & iure naturali taxatam

taxatam subire debet. Alteram, quam arbitrio sacerdotis, humano iure taxatam debet. I. nullas indulgentias debere concedi à Roman. Pontifi. vel alio prælato absque vlla causa rationabili. II. concessionem indulgentiarum, quibus pœna Dei arbitrio taxata, sine vlla causa relaxatur, non solum esse malam: sed etiam ipso iure, ac omnino nullam. III. concessionem indulgentiarum, quibus pœna humano iudicio taxata, sine causa laxatur, etiam si mala sit, valere, & per eam verè absolui peccatorem ab ea, quatenus humanitus est taxata. V. non omnem causam, quæ iustificat vnam indulgentiam, sufficere ad iustificandam etiam aliam maiorem, & causam, quæ non sufficit iustificare totam indulgentiam, quæ ob eam conceditur, sufficere tamen ad iustificandam eam illius partem, respectu cuius sufficiens esset: & ita cui illa conceditur, quæ siturum illam, licet totam non quærat. VI. ¶ indulgentiam ob aliquam causam concessam, ea mente videri indultam, vt eam totam lucrifaciat, si confitio illius causæ, vel suapte natura, vel ob egregium & feruidum eius conficiendæ modum, vel ob paruitatem pœnæ debitæ à lucrifacituro, tanta sit, quantam oportet esse ad eam quærendam: altoqui solam eam illius partem quæret, cuius respectu est sufficiens. VII. fieri posse, vt multi verè pœnitentes facerent idem opus, ob quod indulgentia plenissima conceditur, & eorum alius quæreret eam totam, alius semissem, alius trientem, & alius quadrantem, & alius aliam partem maiorem, vel minorem. Cuius ratio illa est, quòd, vt, ex mente Extrauag. i. de pœnit. & Inno. in d. cap. Quod autem. recepti, supra dicebam, causam concedendi indulgentias multum auget, vel minuit modus eam implendi: Paruitas item pœnæ debitæ efficere potest, vt quæ causa tibi iusta fuerit ad quærendam indulgentiam, quæ tibi erit plenissima, mihi vix sit semiplena. VIII. ¶ eum, cui indulgentia plena concederetur ob visitationem facilè vnus, vel alterius ecclesiæ, vel altaris, vel ob pronuntiationem vnus, vel alterius precis dominicæ, vel ob acceptationem deuotam vnus, vel alterius benedictionis Papalis, vel Episcopalis: vel ob auditionem vnus, vel alterius concionis, in hac, vel illa ecclesia, cum tanta peccatorum contritione, cum tanta Dei reuerentia, & tanto charitatis feruore posse id facere, vel tam parum pœnæ fortè debere, vt totam eam indulgentiã, etiamsi plenissima esset, per illum actum lucrifaceret. Et e contrario, eum, cui ob arduam valde causam plenissima indulgentia concederetur, cum tam exili contritione, & cum tam tepida Dei reuerentia, & tam frigida mente id efficere posse, vt eam totam non lucrifaceret, quamuis partem eius aliquam quæreret. Quoniam modò ad implendi frigidò, causam suapte natura in idoneam, diminuit. IX. vt ilius fesse nobis indulgentias magnas pro causis suapte natura paruis, & eis indignis, cõcedi, quam alias minores pares causis concedendi, iuxta earum naturam solum consideratis. Quoniam in posteriori casu, per nostram industriam, & conatum, indulgentia vltra suam metam crescere nequit: in priore verò sic intrametam, vt singulariter dicit Innoc. in d. cap. Quod autem. X. nolle me per hac sentire, solum id aliud, quod ibi doctissime dicit Innoc. nempe: tantam posse quem habere contritionem peccatorum, tantum erga Deum charitatis feruorem, vt sine indulgentia Papæ, vel alterius prælati, plenissimam quæreret à Deo indulgentiam totius pœnæ, in purgatorio debitæ. Sentio enim, quòd si-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

cut verissimum est hoc: ita est verum, quod licet opus, ob quod indulgentia conceditur, non fiat cum tanta cōtritione, neque cum tanto charitatis feruore, vt id ex sese, sine indulgentia sufficeret ad plenariam pœnæ ab id faciente debitæ remissionem: potest tamen esse iusta causa, quo indulgentiam plenariam torius pœnæ à se debitæ consequatur. XI. † ad hunc modum etiam esse temperandas indulgentias, quibus vnā, vel alteram missam in illa, aut illa ecclesia, vel illud, aut aliud opus facile, in illo, aut illo loco facienti, conceditur, vt vnā ex Purgatorio animam, quam volet, extrahere possit. Tam parua enim esse posset pœna, per illam animam luenda, vel cum tanto charitatis ardore opus pro ea liberanda fieri posset, vt etiam si illa missa, vel illud opus suapte natura cum mediocri pietate factum, non esset causa iusta indulgentiæ plenissimæ, pœnæ maximæ per illam animam luendæ: esset tamen, si fieret cum heroica quadam animi deuotione, & etiam factum cum mediocri, si pœna per illam animam debita non esset vsque ad cō magna. XII. per hæc conciliari posse multas opiniones inter se contrarias: & saluari posse indulgentias, quas sæpe Romani Pontifices nimium largas iudicio multorum faciunt quoad eorum mentem. Quauis qua parte ansam præbent populo credendi plus per eas quæri, quam verè quæratur, negligentiam inducant minus, quam par est, pœnitendi. Cui tamen, parochorum, & concionatorum sana doctrina facile mereri potest. XIII. † graui reprehensione dignos esse multos indulgentiarum denuntiatores, qui pecuniæ inhiantes, vulgo indocto persuadent, tantam esse indulgentiæ, quam prædicant, virtutem, vt per solum opus, ob quod illa conceditur euolatura sit anima eius, qui id fecerit, rectà in paradysum, nulla mentione de modo id faciendi: imò neque de vera contritione facta. XIII. non me negare tamen, posse Papam errare in decernendo, quòd hæc, vel illa sit iusta causa concedendi hanc, vel illam indulgentiam: neque ob id aliquid erroris impingi ecclesiæ, vt Adria. & Caieta. declarant. Quauis per prædicta, quæ luculentissime causam indulgentiarum declarant, quædam eorum dicta parum sint huic negotio declarando necessaria. XV. verum esse id, Paluda. in 4. dist. 20. q. 4. col. 6. † scilicet: quòd indulgentia in perpetuum, vel in tempus aliquod certum visitantibus aliquam ecclesiam concessa, lucriferi potest quolibet anno, quolibet mense, & quolibet die, non autem qualibet hora, vel momento dici, eo quòd ad tam repetitam indulgentiæ acquisitionem multò maior causa est necessaria quam ad alias prædictas: & quia id videtur alienum ab intentione Roma. Ponti. qui indulgentiam iusta de causa concedere debet, per prædicta: & non ita quærendam, vt videatur ludicra.

XVI. Notabile de condonatione peccati, quòd non tollat omnem pœnam.

S V M M A R I A.

I Peccato condonato per contritionem, non condonari omnem pœnam, nisi ob magnitudinem contritionis. nu. 3. vel per baptismum. num. 4. aut per

per indulgentiam. num. 5.

2 *Peccati culpa infinita, qua parte.*

6 *Purgatorij ratio fundamentalis.*

7 *Peccati condonatio baptismalis, & pœnitentialis, ut differunt.*

- 1 XVI. Principaliter colligo ex prædicta Extrauag. Vnigenitus † in 12. not. transcripta, condonato peccato per contritionem solam, vel per eam aut attritionem & absolutionem sacramentalem, non condonari vt plurimum omnem pœnam ei debitam: imò eam esse delendam per dignos pœnitentiæ fructus. Quod colligit glos. 8. prædictæ Extrauag. 1. de pœnit. & remissio. Habet enim hic tex. expresse, per indulgentiam Rom. Pontifi. tolli verè pœnitenti, & confesso, pœnam temporalem pro peccato debitam. Et ita clarè præsupponit peccatorem cui per veram contritionem, & etiam absolutionem sacramentalem condonatum est peccatum, teneri ad aliquam pœnam temporalem pro illo peccato luendam. Ad idem facit, quòd secundum Augustinum 15. de Trin. relatum à Thom. Quodlibet. 2. artic. 16. non est idem abstrahere relum, & sanare vulnus. Telum enim peccati abstrahitur per remissionem peccati: vulnus autem sanatur per reformationem imaginis, quæ quidem fit per opera satisfactionis. Ad idem facit, † quòd culpa licet in sese finita sit: infinita tamen est ex parte auersionis, qua se ab infinito bono, Deo. s. opt. max. miser peccator auertit, secundum Thomam receptum. 1. Sec. q. 87. art. 4. & prædictam glos. 8. Extrauag. 1. de pœnit. & remissio. & ita pœna culpæ mortali debita infinita est, quoad durationem: licet non quoad intensiorem, secundum eundem ibidem, & probat cap. Voluissent. supra eod. Quod optime declarat idem Thomas in 4. dist. 46. q. 1. art. 3. vt ibi diximus: & ideo cum culpa mortalis à Deo condonatur per pœnitentiam, pœna illa infinita, & perpetua in temporalem mutatur, secundum eundem, & Communem, in 4. dist. 20. & glos. singul. 8. d. Extrauag. 1. de pœnit. & remissio. & probat tex. cum glos. & his, quæ ei annotauimus in cap.
- 3 Nullus. de pœnit. dist. 1. Nisi cum tanta est contritio, † & tantus gemitus, saltem cordis, vt omnem peccati maculam radere sufficiat, iuxta glo. prædictam. d. Extrauag. & cap. Mensuram. supra ea. & c. Si is qui. 23. q. 4. & ca. Baptismi vicem. de consecratio. dist. 4. & Inno. in c. Deus qui. de pœnitent. Calder. in c. Nostro. col. 7. eod. tit. & Felyn. in c. Sicut dignum. col. 2. de homi. Dixi, *peccato condonato per contritionem* † quia, cum condonatur per baptismum, tota pœna penitus raditur. c. Sine pœnitentia. adiuncta glo. & c. Baptismi vicem. ead. dist.
- 5 & c. Debitum. de baptismo. † Quod ipsum contingit, quando indulgentia in id sufficiens concurret cum tali contritione, vt hic text. palam probat in verb. pro totali.
- 6 Ex his infertur primo, † ratio fundamentalis, per quam concilium Florentinum determinauit esse purgatorium locum, vt videre est in bulla Eugenij 4. continente doctrinam sacramentorum, esse purgatorium locum, in quo animæ defunctorum, qui cum gratia Christi gratum faciente decesserunt, à reliquiis peccatorum purgantur: quò nitide ad nitidissimam Dei præsentiam, & visionem admittantur. Quod & aliis modis multis late probant Thomas, & alij in 4. dist. 20. & 45. & Echius in libro super hoc quadripartito, & Alphonfus

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

7 Castren. in libro contra omnes hæreses, verbo, Purgatorium, & verbo, suffragium. Quorum de ea re argumenta notabile quoque nostrum probant. I. In- fertur, † longam esse differentiam inter condonationem peccati pœnitentia- lem, & baptismalem. Quia hæc tam maculam peccati mortalis propriam (quam vulgus culpam appellat) quàm pœnam æternam ei debitam, & à for- tiori maculam impropiam peccati venialis, & pœnam temporalem ob eam luendam tollit. Ita quòd moriēs cum gratia baptismali antequam vllum aliud peccatum superueniat, rectà pergit ad gloriam. Illa vero, scilicet pœnitentia- lis solam condonat maculam, seu culpam peccati mortiferi, & pœnam æter- nam ei debitam, & maculam impropiam peccati venialis, cum pœna tempo- rali ei debita, & aliquantam partem pœnæ temporariæ peccato mortifero de- bitæ: non autem totam, vt plurimum saltem, etiam si contritionem comiterur, consequatur, absolutio sacramentalis. Imò pœnam æternam in tempora- riam in hoc, vel altero seculo luendam mutat. Quod glo. 8. Extrauag. 1. de pœn- pulchre aperit, & supra dictum est.

XVII. Notab. de indulgentia, quòd soli verè pœ- nitenti quærat.

S Y M M A R I A.

- 1 Indulgentiam soli verè pœnitenti quari, non ergo alijs etiam pro quo tem- pore pœnituerit, nu. 2. etiam pro peccatis antea condonatis, nu. 3. quam- uis per opus mali quærat bono defuncto, nu. 4.
- 5 Indulgentias à paucis quari verendū: licet à multis quari possint, nu. 19.
- 6 Arbitrio libero solo caditur: sed non resurgitur.
- 7 Gratiam primam nemo sibi meretur de condigno, neque reparationem post casum, nu. 8.
- 9 Pœnitens verè quis resolutè.
- 10 Vita mutatio difficilis, nisi, &c. nu. 18.
- 11 Indulgentia quærenda multa requisita.
- 12 Gratia datur facienti quod in se est.
- 13 Carnis vitio diu deditos difficile resurgere, & gloripetas quosdam, num. 14. & aliena tenentes, nu. 15. & nobiles quosdam, nu. 16.
- 17 Indulgentiam quærens, vt beatus.
- 20 Exhortatio ad pœnitentiam.

1 XVII. Principaliter colligo ex prædicta Extrauag. Vnigenitus. in 12. no- tabili trascripta, † nullas eorum, de quibus loquimur, indulgentias alijs, quàm verè pœnitentibus quari. Habet enim contextus, Petro, & successoribus eius
à Chri

in Christo concessam esse prædicti thesauri satisfactionum dispensationem ad applicandum ex rationabili causa vere pœnitentibus, & confessis. Et ne prius, hic solum, quoad indulgentiam anni iobelei, probari hoc notabile, consideranda, quòd initium huius Extrauag. in his præsertim verbis, de omnibus indulgentiis, & omnium earum fonte, & dispensatore in vniuersum agit: & ita nulli hæc conclusio vniter saliter, & expressim ita probatur, vt hic. Licet pro eadem faciat etiam verfic. Statuentes. Extrauag. i. eiusdem titu. quæ indulgentiam anni iobelei, solis vere pœnitentibus, & confessis concedit: & Clem. 1. de reliq. & vener. sanctorum, quæ non omnibus, qui diuinis festi corporis Christi officiis intersunt: sed tantum verè pœnitentibus, & confessis impertit indulgentias. Adde, quòd venia non conceditur, nisi correcto. c. Venia. de regul. iur. lib. 6. c. Legatur. 24. q. 2. & quòd iure diuino contritio exigitur, licet iure humano confessio secundum Caiet. de indulg. cap. 10.

Ex quibus inferitur primo, verum esse id, quod Palud. in 4. dist. 20. qu. 4. col. pen. dixit, scilicet indulgentiam nihil prodesse infecto culpa mortali, siue lethali. Quod ipsum ait Calder. communiter receptus à nostris vbi supra; col. 7. & 7. II. inferitur, nimia fiducia dictum videri, id, quod ait Syluest. verb. indulgentia. q. 7. scilicet: eum qui infectus culpa mortali facit id, quod indulgentia quærenda exigit, eam quærere, non pro illo tempore: sed pro eo, quo in gratiæ fuerit statum: eo quòd intentio concedentis videtur esse, vt indulgentia proficit ad eam requisita facienti, quàm optimo modo possit. Quod etiam nobis aliquando visum fuit probabile: Sed nunc perpendo id esse contrarium, non solum communi sententiæ: sed etiam huic notab. & prædictæ Extrauag. vnde id elicitur. Quatenus habent hunc thesaurum, dispensandum esse solum verè pœnitentibus, non hoc anno tantum: sed & aliis temporibus. Et ne respondeas etiam dicere dispensandum esse confessis: cum tamen dispensari possit etiam non confessis, vt mox dicam: quia replicari potest, diuersam longe rationem esse inter confessionem, sine qua actu facta quis potest esse Deo amicus, & inter veram pœnitentiam, sine qua non potest esse. Et Christus ac sancti non videntur voluisse satisfacere pro membris aridis, & inimicis: licet voluerint eos fieri prius amicos, & membra viua, & postea eis applicari sua merita. Non obstat ratio Syluestri de intentione concedentis, quia contrariam esse illi apparet ex eo, quòd Extrauag. prædicta declarat, thesaurum hunc solis
 3 verè pœnitentibus esse communicandum. III. inferitur, † lethali peccato infectum non posse quærere indulgentias pœnarum, etiam pro peccatis sibi alias condonatis, debitarum: quamuis quidam recentiores id dicant: & quamuis pro eis faciat, quòd Scotus in 4. distinct. 15. quæst. 1. cum aliis relatis, & probatis à nobis in princip. cap. 1. de pœnitent. distinct. 6. nume. 46. dicat, posse quem in statu peccati lethalis satisfacere pro pœna temporali suis peccatis condonatis debita: & quamuis etiam Tho. & asseclæ eius in 4. dist. 16. teneant, pœnitentiam sacramentalem in statu peccati lethalis factam, prodesse facienti in tempus, quo ad statum gratiæ redierit. Quoniam ex his non inferitur, idem quoque dicendum esse de indulgentia, eo quòd satisfactione propriâ, per pœnitentiam sacramentalem præsertim, applicat quis pœnæ à se soluendæ. Satisfactionem autem Christi, & sanctorum non vult Deus applicari nisi iustis,

Commen. De Sobeleo & Indulgen.

vt per hanc Extrauag. declaratum est, & ratio supradicta persuadet. **III.** in-
4 fertur, & non esse consequens his falsum esse id, quod Aug. ab Ancho. de potest.
eccle. qu. 32. art. 2. col. 3. & Fel. de indul. col. 7. dicunt. si existentem in Purgatorio
quærere posse indulgentiam per opus existentis in peccato lethali, siue mor-
tali, vt palam est. An autem id alia ratione sit falsum, postea dicitur. **V.** infer-
5 tur, & quod dolens refero, verendum esse, ne plus satis verum sit id, quod ait gl.
sing. Clem. 1. de reliq. & venera. sancto. sub finem, verbo, confessis. s. paucos in-
dulgentias consequi, eo, quod de verè pœnitente, ac confessio secundum illam
dici possit illud Becl. 31. Quis est hic, & laudabimus illum? Verendum, in quâ,
6 id plus satis esse verum. Primo quidem, quia nemo, nisi verè pœnitens, eas con-
sequitur, ob prædicta, & vera pœnitentia difficile attingitur. Tum, quod & li-
cet solo nostro libero arbitrio peccare possimus, & in Dei opt. max. inimici-
tias nosmet præcipitare: ab eis tamen in amicitiam eius exurgere sine illius fa-
uore & gratia nequimus, iuxta tria postrema capitula de consecra. dist. 4. & tra-
7 dita latè per Magist. & omnes alios in lib. 2. sententiarum distin. 27. & sequen-
ti. Tum, quod & nemo potest sibi primam gratiam de condigno mereri. secun-
8 dum Thomam communiter receptum in 2. dist. 27. art. 4. & in 1. Sec. q. 114. art. 5.
& neque reparationem post casum, secundum eundem ibid. Et quamuis Deus
munificentissimus sua magnificentia facientibus id, quod in se est, eam conse-
9 rat, vt mox dicam: rari tamen sunt aliorum collatione, qui id faciunt. Tum,
& quia tunc demum dicitur quis verè pœnitens, cum ei omnia, & singula pec-
cata lethalia ita ob Dei amorem principaliter displicuerint, quod ob nullum
bonum quærendum, malum vè vitandum ea denuo admittere proponat, iuxta
ea, quæ latius in c. Perfecta. supra ead. distin. 1. diximus * & postea resolutius in
Manual. Confess. c. 1. nu. 1. * post Thom. in Quodlib. 1. art. 9. Palud. in 4. dist. 17. q.
1. & Diuum Antoni. 3. parte tit. 14. cap. 18. & Thomam de Vio. 2. tom. de contri-
tio. q. 1. col. 3. Quanquam fateor non esse necessarium ad veram pœnitentiam,
credere, nunquam nos denuo lethaliter peccaturos; secundum Innocentium
receptum in c. Omnis. de pœnit. Fateor item sufficere nobis, velle verè concipi-
pe. e tam altum, tamque viro Christiano dignum odium, & horrorem omnis
peccati lethalis horrendi, & dolere, quod concipere nequeamus, secundum
Palud. receptum in 4. dist. 17. q. 1. art. 5. * quem defendimus ad requisitionem cu-
iudam viri piissimi iuxta ac doctissimi, Illustrissimi ordinis societatis Iesu in
10 d. c. n. 1. * Tum, quod & non est facilis mutatio vitæ: sed cum magno animi labo-
rè fit, attestante id Imperatore in Authen. de monachis. §. Hinc autem. col. 1. &
& glo. fin. in c. Reperiuntur. infra de pœnit. dist. 3. vbi Augustinus ait, facilius se
inuenisse, qui ritè seruauerit innocentiam, quàm qui ritè egerit pœnitentiam.
11 At constat paucos esse, qui rectè seruauerint innocentiam. Secundo & quod
pauci consequantur indulgentias, facit principaliter, quod ad id vltra veram
pœnitentiam, vera quæque confessio, vt plurimum exigitur iuxta notab. in se-
quens. Tertio, quod vltra hæc requiritur, quod opus, ob quod indulgentia con-
ceditur, in statu gratiæ fiat, aut subeatur, & quod bene moraliter fiat, secun-
dum eos, quos in not. 19. referemus. Quarto, quod præter hæc exigitur, vt eam
consequaturus, vel pœnitentiam ea condonatione dignam à confessario iam
acceptauerit, vel agere eam deliberauerit, si credimus Caiet. cui an sit creden-
dum

dum in eodem not. 19. dicitur.

Contra tamen illam gloss. facit, quod visa fuit stupenda, vel rectius stuporem incutiens modestissimo Felyn. in d. sermon. de indulg. col. 6. Primum quidem, quia tam facilis est contritio ad hanc indulgentiam lucri faciendam, ac ad confessionem, & absolutionem sacramentalem dignè faciendam. Deinde quòd difficilior est aliquorum negotiorum secularium explicatio, quam mutatio propositi mali in bonum. Potuit vir doctissimus adducere illud Exechi. 33. quod in cap. Ponderet. 50. distin. transfertur, scilicet. *Quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor.* Potuit item allegare illud Psal. 31. translati in cap. Dixi. supra eadem, scilicet. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Super quo ait Augusti. verba, quæ cap. Sequens. habet, scilicet. *Magna Dei pietas, ut ad solam promissionem peccata dimiserit.* Potuit item allegare, quòd secundum † catholicam veritatem, peccator faciens id, quod in se est meretur de congruo: & ideo Deus misericors, & benignus adiuvat eum ad resurgendum à peccato, conferendo ei gratiam gratum facientem, iuxta illud Zacha. scilicet. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos:* & illud Iacob. 4. *Appropinquate Deo & appropinquabit vobis,* & illud Apoc. 3. *Ego sto ad ostium & pulso,* & alia quæ in hoc citabat Gabr. in 2. d. 27. quæstio. 3. colum. 6. Per quæ & id genus alia glos. prædicta olim nobis illam Clemen. Salmanticæ interpretantibus ac postea multo tempore displicuit, & sententia Felyn. plurimum placuit. Substiti tamen & dubitare cœpi postea quam prædicta perpensis simul & animaduerti † plurimos vitio carnis iam inde ab adolescentia deditos, adedò difficile inducere se posse propositum firmum nunquam eo iterum vtendi, vt quidam falso mihi diceret, se non posse sine illo abusu viuere. Posteaquàm item comperi non paucos † gloriæ vanæ ac honori temporario adeò addictos, vt citius mortem oppetant, & cupiant, quàm remittant rancorem conceptum in eos, qui sibi facies alapis dehonestarunt, aut castitatem, vel fidelitatem suis falsis testimoniis traduxerunt. Postea item quàm offendi † multos rapinis, furtis, vsuris, & aliis illicitis modis ditatos, & beneficiis ecclesiasticis malè quæsitis refertos, adedò à restituendis, & relinquendis malè quæsitis abhorrentes, vt calendas Græcas prius expectare possis, quam id fiat ab eis. Posteaquàm † inueni multos, & nobiles, & milites certos, potius tartarea regna petere, quàm duella eis oblata detrectare, etiamsi nequeant ea licitè suscipere, & alios varij ordinis homines, qui fauorem, & gloriam apud stultum vulgus, & præmia apud reges prodigos duellis, vindicationibus iniustis, suffurationibus, detractionibus: diuinationibus, veneficiis, & aliis id genus modis iniustis quæsitam adeo amant, vt nulla possint arte induci ad nolendum, & dolendum eam sic sibi quæsisse. Quamobrem pro quali quali concordia, & peccatorum solatio dicimus primo, verum esse, nullas indulgentias, nisi verè contritis, quæri. Deinde † beatos esse illos beatitate saltem viæ, quibus eas lucrifacere contingit: quandoquidem & filij, & amici Dei sunt. Tertio, verius, quam ipse vellem, esse, quam plurimos putare sibi quærere illam, vel illam indulgentiam, quam tamen minimè quærunt, vt prædicta glo. sensit. Quarto, difficilior em esse emendationem vitæ, quàm Felyn.

ille innocens, aut eméditissimus præsupponebat. Quinto, quòd quamuis quis indulgentiæ huius anni iobelei causa centies hoc anno Romam ierit: nulla tamen vice eam sibi quateret, nisi verè eum suorum omnium peccatorum saltem mortiferorum pœnituerit, & alia in id requisita fecerit. Sexto † verum esse id, quod Fel. ait in his, qui peccauerunt quidem: sed non adeo sæpe, neque tam longo tempore, vt iam in eis occalluerint. Septimo, satis facile † etiam omnes alios indulgentias assequi posse, vt ait Felyn. si nobis mens læua non esset, per ea Ezechielis, & Davidis testimonia, & alia pro eo adducta. At verò plurimos mente in hoc læua esse, dum vel nullatenus, vel non, vt quantum, & ob quod oportet, vitia, & peccata nostra odimus, dum eis, visco dæmonis, mundi, & carnis artibus confecto adhæremus, & veluti ferruminamur, & plumbamur.

20 Quapropter † orandum est IESVS CHRISTVS in hoc præsertim tempore, quo passionis eius acerbissimæ memoria recolitur mœstissima, vt veram nobis omnibus per semetipsum infundat peccatorum, & vitiorum pœnitudinem, verum odium, verum horrorem, quibus ea omnia conteramus, & veram contritionem conficiamus. Quod vt eius diuina ope nobis contingat, expergiscamur patres, & fratres, quibus futuram catholica fides vitam proponit, quibus spes certa eam præmittit, & animis in vires collectis, de sòmno surgamus, vitamque nostrâ circumspeciamus, errata, præsertim lethalia, plus quàm mortem ipsam oderimus: conemur malle mortē oppetiisse corpoream, quàm diuinam perdidisse amicitia: Satagamus malle cuncta alia bona cum vita ipsa corporea perdere, quàm ab amicitia Dei nostri deficere, reputantes nobiscum id, quod lugubris hic dies repræsentat, nempe ipsum pro immensa, qua in nos est, benevolentia, proprio suo filio, & tali, ac tanto filio, primo, & vnigenito non pepercisse: & filium item ipsum pro summa in patrem obedientia constantissimo, eodemque misericordissimo animo mortem subiisse acerbissimam, & infamissimam, quòd nos miseros, & infames à fauce draconis liberaret, & in regna cœlestia eueheret: ibique apud se, & apud suam, eandemque gloriosissimam virginem matrem collocaret. Amen.

XVIII. Notabil. de confessione, quatenus indulgentiæ quærendæ necessaria sit.

S V M M A R I A.

1 Confessio peccatorum an necessaria indulgentiæ latè pro affirmatiua. nu. 2. & potest esse pars causæ nu. 8. & sine illa concedi. nu. 9. vt in dubio præsumitur. nu. 10. quia id iure humano requiritur, licet contritio diuino. nu. 11. quæ etiam aliter differunt. nu. 19.

Thomas a Vio Cardinalis laudatus. nu. 2.

3 Copulatiua, proprietatis, forma, seruanda, & nu. 6.

4 Indulgentiæ vna utilitas magna.

5 Contritionem rari, nisi confessuri habent.

7 *Contritio quando necessaria.*

12 *Indulgentia confraternitatis corporis Christi, ut queratur, & festi corporis eiusdem, & aliorum. nu. 13.*

14 *Contritus non potens confiteri querit, & qui se putat legitime confessum cum non sit. nu. 15, & quid de impotenti in articulo mortis. nu. 16.*

17 *Confessio non confessorum sufficit. idem. nu. 18.*

XVIII. Colligo ex eadem Extrauag. Vnigenitus. de pœnit. in 12. notabili supra transcripta, ¶ eum, qui huius anni iobilei indulgentiam quaesiturus est, non solum debere suorum peccatorum vere pœnitere, vt in notab. precedenti dictum est, sed etiam ea, si sunt mortifera, prius actu confiteri. Habet enim rex. eam concedi verè pœnitentibus, & confessis, Quod tenet glo. 8. Extrauag. 1. de pœnit. quæ sub sui finem ait, verbum *confessis*, in illa positum, intelligendum esse de illis, qui non solum proposito: sed etiam facto sunt confessi. Quod ipsum sentit etiam glos. 9. colum. 2. & 4. eiusdem Extrauag. ¶ Quod etiam nobis pridem cœpit placere, licet olim contrarium cum Comuni tenuerimus in d. Clemen. 1. de rel. & vene. Cœpit inquam placere. Tum, quia glo. prædictæ in hoc maxima est autoritas, eo quòd eius autor Ioh. Monac. Cardinaliserat, & multa de interpretatione Bonifacij, conditoris illius Extrauag. facta viua voce audiuit. Tum, quia postea idem affirmavit Thom. à Vio alter Cardinal. eorum, qui nostra ætate fuerunt, etsi non eloquentissimus, certè doctissimus, & acutissimus, & rerum Romanarum ad hoc spectantium peritissimus in tracta. de indulg. capitu. 10. Tum, ¶ quia quæ dispositio copulata est, vtriusque partis veritatem exigit. l. Si hæredi plures. ff. de condi. institu. l. Si ita quis, & l. Si quis ita. ff. de verborum obligationi. tradit glos. cum Comuni in cap. 2. de rescript. & concessio prædictæ indulgentiæ, quæ fit verè pœnitentibus, & confessis, copulata dispositio est. Tum, quia in dubio à verborum proprietate non est recedendum. l. Non aliter. ff. de lega. 3. cap. Intelligentia. de verborum signifi. glo. cap. Cupientes. §. Quòd si per xx. de electio. lib. 6. Tum, quia forma diligenter seruanda est l. Diligenter. ff. mandat. capi. Pisanis. de resti. spolia. Tum, quia non eadem ratio persuadet idem in solum verè pœnitente, & in verè pœnitente, & confesso. ¶ Tum, quia vna, & principalis indulgentiæ concedendæ vtilitas est, per eam Christicolæ ad veram pœnitentiam allicere, vt postea dicemus: ad quam plurimum confessio vocalis actu facta cooperatur, eo quòd, multi secundum Thom. & Communem, per eam, & absolutionem sacramentalem subsequutam de attritis fiunt contriti. ¶ Multi rarò, aut nunquam iustum de peccatis dolorem concipiunt, nisi cum vel confitentur, vel ad statim confitendum sese parant. Constat enim multo magis nos abominari, & horrere peccata, cum confitemur, vel iam iam volumus ea cum verecundia confessariis, confiteri, quàm cum solum proponimus, id postea in quadragesima sequenti facere. Accedit, quòd pro contraria parte nullus vquam est tex. nulla ¶ efficax ratio, sine quibus subauditiones, restrictiones, & improprietates verborum suapte natura clarorum non sunt faciendæ, per prædicta. Adde, quòd tutior est hæc opinio, & pietatem maiorem

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

parit. Et quòd ferè vbiq; viri iudicio quadrato, & latine pulchrè callentes, verbaque syncerè intelligentes, ita interpretari solebant clausulam illam, *verè pœnitentibus, & confessis*, insertam breuib; quibus frequenter bonæ memoriæ Paulus tertius indulgentiam anni iobelei aliis de causis concessit. Quin & vix verbis assequi queam, quantum erga Deum amoris ardorem, quantum in peccata horrorem illa interpretatio suscitauit in animis ferè omnium, qui cura incredibili sacerdotes, quibus confiteretur, quæritabant. Quorum profecto bonam partem frigere, aut certè tepere vidisses, si parochi Communem sequuti, respondissent, satis eis esse, propositum in quadregesima confitendi concipere. Addè, quòd nihil aduersarios iuuat dicere, quòd satis confessus dicitur esse, secundum iuris interpretationem is, qui eo anno iuxta præceptum ecclesiæ fuit confessus, secundum. cap. Omnis. de pœnit. Tum, quia id verum est, quoad iuris communis effectum: non tamen, quoad effectum priuilegiorum sua s priuatas formas habentium. Tum, quia pari ratione diceres sufficere, quòd in quadregesima pœnituisset. Quia etiam pœnitens dicitur, quem in quadregesima suorum errorum pœnituit: nec regulariter alio ÷ tempore, quàm illo, sub pœna noui peccati pœnitere, ac contritionem habere tenetur, iuxta ea, quæ in princip. distin. 5. de pœnitentia, late diximus. Tum, quia si verbum *confessis*, intelligendum esset de eo, qui eo anno in quadregesima esset confessus, grande consequeretur absurdum, scilicet, eos, qui quadregesima proxime lapsa non essent confessi, non posse 8 quærere indulgentiam huius anni iobelei. Adde, ÷ quòd causam concedendi auget onus confitendi peccata extra quadregesimam: & quoniam indulgentia præsertim plenissima, pro habente multa peccata, magnam causam requirit: & quoniam frequenter satis de leui causa concedit eam Papa verè pœnitenti, & confesso, præsumi potest, confessionem peccatorum actu faciendam pro parte causæ iustæ adiecisse. Quibus rationibus, & autoribus hoc nobis videtur consulendum: licet contrarium olim tenuerimus, & contrarium teneat Paluda. cum Comuni. in 4. distin. 20. quæstio. 3. colum. 8. & Cardin. in Clemen. 1. sub finem. de reliq. & vener. sanctorum. & Pan. in c. Omnis. de pœnit. & Fel. in serm. de indulgent. col. 6. dicens sic declarasse cõcil. Const. quòd tamen non constat. Imo Basil. sess. 24. contra ire videtur: & Tabien. diuum Antoni. in hoc sequuti: cuius tamen attestatio illa, scilicet, quòd Papa nonnunquam illi verb. *confessis*, solet addere, *vel qui intra mensem confitebuntur*, plurimum pro nostra parte vrget, quam etiam tutiorem, & magis tenendam dixit Angel. in summa, verb. indulgentia. §. 17. Cui adhæreo: non tamen eo animo, vt damnem tenentes alteram partem: quæ vera est, si aliunde constaret de mente Papæ concederis indulgentiam. Concedimus enim, posse Papam concedere indulgētiam verè pœnitenti, & contrito, licet nondum confesso. Ergo dicamus primo, ÷ neminem, qui gratia gratum Deo faciente caret, 9 acquirere indulgētias sibi: licet ob factum eius quæri possit alteri iusto. I. I. posse Papam concedere illas contrito: licet nondum actu sit confessus. Imò ÷ præsumendum esse, eum illas concedere verè pœnitentibus, non confessis nisi exprimat, se illas concedere pœnitentibus, & confessis. Quia licet, quando 10 vtrunque exprimit, vtrunque requiratur ÷: tamen posterius iure tantum humano

humano exigitur: prius autem etiam diuino, secundum Caiet. de indulg. c. 10. vt in præcedenti notabili diximus.

- 12 V. quæsituros plenariam indulgentiã, ¶ quam bulla confraternitatis Corporis Domini concedit his, qui se illi addicunt eodem die, quo nomen dant illi, oportere esse confessos. Quoniam solum cõtritis, & confessis conceditur. Quod pridem respondimus, & in summario illius bullæ, quod excussum fuit, exprimi persuasimus, cum aliis doctissimis doctoribus, qui idem censuerunt.
- 13 VI. ¶ id ipsum esse dicendum de indulgentiis festi corporis Domini, & Conceptionis virginis Matris, & de aliis aliorum breuium, per quas indulgentiæ
- 14 instar anni iobelei concedi solent. VIII. ¶ eum tamen, qui contritus voluit quidem confiteri: non tamen potuit, vel ob defectum confessariorum, vel ob ægritudinem, vel etiam ob excõmunicationem, vel aliam legitimam causam acquisiturum esse indulgentiam pœnitentibus, & confessis concessam. Quod satis exprimit Angel. vbi supra: quoniam ea mente videtur fuisse concedens:
- 15 quod est valde quotidianum. IX. ¶ huic consequens esse, idem dicendum de illo, qui probabili facti, vel iuris ignorantia putat, se legitime confessum: cum tamen aliqua de occulta ei causa, sua confessio, vel non valuisset, vel haberet aliqua peccata, quæ, sine tamen peccato, nondum fuit confessus, Quoniam is satis videtur saltem iure à confitendo impeditus, argumento notatorum in regul. Ignorantia. de regul. iur. lib. 6. & §. Notandum. l. q. 4. X. cum, ¶ cui pœnitenti, & confesso conceditur plenaria indulgentia in articulo mortis, acquisiturum eam, si tunc defectus voce, memoria, vel iudicio non potuit confiteri. Hoc tamen intelligo, cum simpliciter conceditur indulgentia: secus autem, cum Papa concedit facultatem eligendi confessorem, qui eum plenariè à peccatis absoluat. Quoniam cum nemo sacramentaliter absolueri possit, eum, qui sibi non est confessus, consequens est non posse absolueri plenariè eum, qui sibi non est confessus: quæ sententia est Antonini, & Communis. * vt latius trado in Manual. c. 26. n. 28. * XI. ¶ nisi aliud exprimat bulla, non esse necessarium, vt omnia peccata antea cta confiteatur is, cui contrito, & confesso conceditur indulgentia plenaria, sed satis esse, vt cõfiteatur ea mortifera, quæ nunquam antea confessus fuit, vt sensit gloss. sing. quæ nona est Extrauag. 1. de pœn. Sufficit enim, quòd ita sit confessus, quòd non teneatur ad confitendum. Non enim videtur fuisse Papæ intentio obligandi ad iterum confitenda peccata, quæ legitime semel confessus fuit, vel probabiliter se legitime illa confessum credit. XII. non ¶ esse necessarium facere confessionem die, vel tempore, quo indulgentia est lucrificanda: sed satis esse, quòd post vltimam confessionem nullum peccatum mortiferum admiserit neque de aliquo nondum confessione detecto nouè recordatus fuerit. Quod prædicta gloss. nona. d. Extrauag. 1. de pœnit. tenet: licet plus satis in col. 4. id inuoluat: quod frequenter respondi. XIII. ¶ quòd licet contritio, & confessio, vt prædixi conueniant in hoc, quòd vtraque est actu necessaria, si haberi potest. Differunt tamen plurimum in alio. scilicet quòd defectus contritionis legitimæ semper, & vbique impedit acquisitionem indulgentiæ: defectus autem confessionis legitimæ non semper: quia non, cum fieri non potest, vel facta iustè creditur legitima. Cuius ratio est, quòd Papa nunquã in dubio videtur concedere indulgentiam existenti

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

in peccato mortali: Imò neque potest pro tempore, quo est in peccato mortali, saltem quoad pœnam illi mortali debitam, secundum omnes: licet, secundum aliquos possit, quoad pœnam temporalem pro aliis peccatis mortalibus condonatis debitam; licet item posset existenti in peccato mortali concedere pro tempore, quo fuerit contritus, secundum eosdem, quos in corollario summiùm fidere diximus.

XIX. Notab. de requisitis ad indulgentiam aliis à contritione, & confessione.

S V M M A R I A.

- 1 *Indulgentia, ut queratur requirit subitionem operis, aut oneris p̄j totius, non partis tantum, nu. 2. etiam quoad partem, nu. 3. nec iuuat pauperias, aut impotentia, nu. 4. nec clausura, vel carcer, nu. 5. & oportet, ut bene fiat, nu. 6. Imo in statu gratiæ, secundum Caiet. nu. 7. contra quem est Communis, nu. 11. pro qua septem fundamenta ponuntur, nu. 12. sed ipse olim defensus nunc omittitur, nu. 16.*
- 8 *Indulgentiæ tria tempora consideranda.*
- 9 *Mortuum opus esse non verè pœnitentis: imo & verè pœnitentis, nisi benefiat, nu. 10.*
- 13 *Indulgentiarum magnus reditus alicubi.*
- 14 *Bullam accepturum raro pœnitet, raro etiam peregrinos ut debent, nu. 15.*
- 17 *Indulg. causa proxima, & remota sic differunt, cuius pars bene impleta quando prodest, nu. 18.*
- 19 *Bulla in malo statu, quoad quæ prodest, quam accepturi quid præmonendi, nu. 20.*
- 21 *Lusitani in capiendis bullis, quibus præstant.*
- 22 *Indulgentias statas qui non querunt, & quid, ut querant, facient, n. 23.*

1 XIX. Principaliter colligo, ¶ eum, qui adepturus est indulgentiam concessam, non solum debere pœnitere, & confiteri, quâdo id exprimitur, ut prædictum est, in duobus notabilibus præcedentibus: sed etiam efficere, vel subire opus, aut onus piam, quod ei ad eam querendam imponitur. Quod colligitur ex hac Extr. quatenus in §. Statuentes. probatur eum, qui adepturus est indulgentiam huius anni iobelei, oportere adire Romã, & ibi quædam templa quindecies, aut trigecies visitare. Facit, quod Palu. ait in 4. dist. 20. q. 4. col. pen. indulgentiam cõcessam crucem sumentibus ad bellum sacrum, quæri, simul ac eam sumperint: concessam autem euntibus, non antequam ierint: concessam vero transfretantibus, non donec transfretauerint. Hoc autè notabile amplio ¶ primo ex dictis Anton. 1. part. tit. 10. c. 3. §. 4. s. quòd non sufficit partem implere, ut partem

partem habeat indulgentiæ. arg. l. Cui fundus. ff. de cond. & demonst. & l. si hæredi plures. ff. de cond. insti. Vnde si quis teneatur ex forma indulgentiæ certis diebus ieiunare, & nõ ieiunauerit omnibus, non assequitur eam, neque vllam eius partem: quãuis aliquot ieiunauerit. Si quis item visitare debeat 4. ecclesias, 3 intra 15. dies; & non visitet, nisi 3. vel non, nisi intra 20. dies, † neque totam, neque partem indulgentiæ quæret. Secundo † amplio procedere, etiam si paupertas, vel impotentia, vel aliud impedimentum quodcunque, & quamlibet legitimum, impediret, nisi contra expresse in concessione caueretur. Quoniã illud non prodest ad quærendam indulgentiam, quæ sub illa cõditione videtur concessa, vt efficaciter probat prædicta Extr. Vnigenitus, quatenus in versic. *Adiucientes* habet eos, qui hoc anno causa indulgentiæ consequendæ iter ad eundem Romam arripuerint, & legitime impediti, vel morte præuerti, vel peruenientes visitationes ecclesiarum præstitutas facere nequiverint, eandem cõsequantur. Ex hoc enim colligitur, speciale esse in hac indulgentia, quia id in ea exprimitur, & non quidem in omnibus: sed in his tantum, qui ad adeundam Romam iter arripuerint, vt illi, licet non potuerint efficere opus ad indulgentiam consequendam propositum: eam tamen cõsequantur: Ergo regulariter contrarium est tenendum. arg. c. Præsenti. de præb. lib. 6. c. Quoniam de coniug. leprof. Itaque hic videtur casus singularis pro hac ampliacione, quam affirmatur Ricardus in 4. d. 20. art. 3. q. 3. & Palud. q. 4. col. pen. & Maior. q. 2. col. 5. & Fel. vbi sup. col. 6. post Diuum Antoninum 1. parte tit. 10. cap. 3. §. 2. Facit, quod † nec moniales etiam suburbiorum Romanæ vr̄bis, perpetuam clausuram seruantes, hanc huius anni iobei indulgentiam quæsiissent, ni cum facultate ad id iusta visitassent ecclesias in prædicta Extrauag. contentas: vel facultatem eam intra sua monasteria lucrandi eis, & ob eas, omnibus sanctimonialibus similibus totius orbis, Iulius III. Pont. Max. fecisset diplomate sui Vicarij, cuius transcriptum vidimus. Ex quo infertur, minus eas lucratos in carcerem coniectos. Quod memorabile est pro limitatione c. Magna. de pœnit. dist. 1. quatenus habet, votum pro facto reputari, vt non procedat in indulgentiarum materia.

6 Quod nõ meminit Felin. in tractat. Quando conatus, &c. Amplio III. † quod non sufficit quoquo modo efficere id, quod pro indulgentia consequenda est faciendum: sed oportet illud bene moraliter facere: ad eò quidem, quod si in eo conficiendo, vel venialiter peccaretur, non acquireretur indulgentia, secundum mentem Adria. de indulgen. col. 12. vers. Quarta conclusio, intellige hæc, quando ex se illud faceret, secus si alij mandato illius, sufficit enim quod id principalis bene mander, vt idem Adrianus ibi declarat. Amplio IIII. † quod non sufficit etiam bene moraliter facere, sed oportere, vt in gratiæ statu id fiat: ita quod quæsiturus indulgentiam non solum debet esse verè pœnitens, & in statu gratiæ tempore, quo ipsa indulgentia quærenda est: sed etiam tempore, quo fit opus, ob quod illa conceditur, secundum Thomam de Vio in tractatu posteriore de indulg. cap. 9. Quæ quotidiana conclusio est. † Quoniam licet quandoque idem tempus sit operis, & acquisitionis indulgentiæ, vt cum ea conceditur omnibus illic, vel illic præsentibus: frequenter tamen alio tempore conceditur, & alio fit opus, ob quod conceditur, & alio quæritur. Vt cum Papa concedit, vt qui hanc, vel illam eleemosynam erogauerit,

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

vel hoc vel illo die ieiunauerit, possit plenariè à suo confessario illo, vel illo tempore suæ vitæ, vel mortis absolui. In hac enim forma, vel alia simili, vno die conceditur indulgentia, & alio fit opus propter quod conceditur: & alio quærenda est illa, vt palam est. Dicit igitur prædictus Thomas à Vio, quòd quamuis quæsiturum indulgentiam non oporteat esse verè pœnitentem, quo tempore conceditur facultas quærendi eam: oportet tamen eum esse talem duobus aliis temporibus: nempe, cum facit opus, ob quod conceditur, & cum absoluitur, vel eam quærit. Tum, quia consueta forma ecclesiæ, quæ (vt ille ait, semper in indulgentiis subintelligitur, etiamsi non exprimat) continet expresse, quòd opus fiat à verè pœnitentibus. Continet enim: *Omniibus igitur verè pœnitentibus, & confessis, qui visitauerint, vel dederint, &c.* Quod videtur præsupponere, faciendum esse opus per verè pœnitentem. Tum, quia oportere videtur, vt causa indulgentiæ, quæ est ratio communionis passionum Christi, & sanctorum cum membris viuus, sit viuum opus. Quia nulla est conuentio tenebrarum ad lucem, neque mortis ad vitam. 2. ad Corinth. 6. & c. Si enim. de pœnitent. distinct. 2. Constat autem, † opus factum à non verè pœnitente esse mortuum, iuxta notata per gloss. magnam, & Cardinal. in c. Quærat. §. Quod autem. & c. sequenti. de pœnit. distinct. 1. & gloss. & Communem. c. Quod quidam. de pœnit. & remission. & Thomam communiter receptum tertia parte. quæst. 89. artic. 4. & in 4. distinct. 14. quæst. 1. & in distinct. 15. quæst. 2. Tum, quia adimpletio causæ indulgentiæ, est meritum communionis remissionis, Ita quòd nihil aliud exigitur ad remissionem, nisi mera exequutio meriti remissionis pœnæ peccato debitæ. III. vltra eum facit, quòd tex. in hac Extrauag. §. Statuentes. in illo verbo. *qui pœnitentes, & confessi adiuncto verbo visitauerint* quod est eorum appositum, id significare videtur de opere, quod hæc indulgentia iobelea exigit. V. facit quòd contrariam opinionem videretur consequi, quòd opera mortua per pœnitentiam reuiuiscerent, & redirent. Quandoquidem ei, cui concessa est indulgentia, si verè pœnitens inueniatur tempore, quo ea quærenda est, opus illud, ob quod indulgentia concedebatur mortuum, ad promerendam eam reuiuere videtur: quæ est argumentatio, quam sensit gloss. 9. d. Extra. 1. de pœnit. & remiss. supra nota. 7. transcriptæ. VI. quòd Adria. de indulg. col. 12. versic. Quarta conclusio. singulariter sentit non sufficere, † quòd opus fiat in statu gratiæ, nisi etiam bene moraliter fiat. Quæ conclusio etiam ex rationibus Thomæ de Vio deducitur, quatenus exigunt opus illud viuum, & meritorium, quale non potest esse id, quod non est moraliter bonum. quia vnus & idem actus non potest esse simul bonus & malus etiam diuerso respectu vt tradimus in Manual. in Præclud. 7. num. 22. post Thom. 1. 2. quæst. 2. art. 6. † VII. quòd indulgentia neque debet neque potest concedi, nisi ob rationabilem causam, vt habet hæc Extrauag. & in not. 15. est prædictum. At opus non gratum Christo, quale est opus etiam moraliter bonum in statu damnato existentis, non videtur rationabilis causa, quòd Christi passionis fructus ei communicetur, per viam saltem iustitiæ, per quã indulgentia prodest. VIII. quòd ferè omnium doctorum mens habet id quod in notab. 15. dicebam. scilicet causam concedendi indulgentiam debere quidem esse in sese sufficientem: non autem æquivalentem, hoc est, ex sese aliquantam remissionem merentem, licet non tantam

tantam, quanta per indulgentiam conceditur. Ad opus eius, qui lethali culpa est infectus, nullam penitus remissionem: saltem de condigno meretur, secundum Thomam, & eius affectus: ergo non potest esse causa sufficiens quærendi indulgentiam. I X. quòd secundum mentem Doctorum, gratia indulgentiæ in eo consistit, quòd propter opus, quòd ex sese non meretur nisi certæ pœnæ veniam, multo maior, vel plena, aut plenissima concedatur, facienti illud: & ita mens Doctorum præsupponit oportere, vt opus ipsum aliquantæ pœnæ veniam mereatur: cui consequens est, in gratiæ statu id esse faciendum. X. quòd licet aliquando Papa concedat indulgentiam facienti aliquid, & postea intra certum tempus confitenti, vt Paluda. in 4. distin. 20. quæst. 4. col. penul. & eum sequutus Antoninus testantur: nunquam tamen concedit eam alicui ob opus aliquod, post quòd intra certum tempus pœniteat peccatorum: Vnde secundum opinionem Thomæ à Vio is, cui concederetur indulgentia, si septē Psalmos recitaret, vel tot ecclesias visitaret, vel illud, aut illud opus pium faceret, etiam si erogatio elemosynæ esset, non quæreret eam nisi id in statu charitatis diceret, aut faceret.

- 11 Contrarium † tamē huius ampliationis videtur sentire glos. 9. d. Extrauag. 1. in principio, quatenus sentit, hanc indulgentiam lucrifactam iri, etiam ab hiis peregrinis qui aliquot dies in lethali statu peregrinantur. Et clare affirmat Antoni. 1. part. titu. 10. cap. 3. §. 5. versi. Sexto quæritur. & Fel. in sermo. de indulgen. col. 7. & Ioh. Tabien. verb. Indulgētia quæst. 4. allegans in hoc Thom. Quodlibet. 2. art. fin. vbi tamen hoc non dixit: idem Syluest. eodem verb. q. 10. versi. Nonum. qui tamen nihil pro se adducunt, neque contraria solunt: imo alius post alium ita sequuntur Antoninum vt grues suam ducem.
- 12 Diuus † autem Anton. eo solo nititur quòd pœnitentia iniuncta, etiam in lethali peccato acta, prodest eam agenti, etiam quoad pœnæ sublationem, si ab eo resurgeret. Ipse tamen allego. 2. pro eis quòd dixi tenere Ioh. maior. vbi supra. col. 3. scil. quòd existenti in peccato mortali, potest concedi pro tempore quo fuerit in statu gratiæ. III. contra eundem Thom. facit, quòd eius opinionem consequeretur, † quòd in aliquibus, eisdemque latissimis regnis, in quibus triennio quoque tot indigenæ eorum tot bullas, siue diplomata indulgentiarum dicuntur accipere, vt nummi argentei, qui à singulis tantum bini soluuntur 9000. aureorum siue ducatorum summam excedere dicuntur, pauci collatione aliorum indulgentias in eis contentas quærerent.
- 14 Quoniam † etsi multi, qui bullas prædictas capiunt, postea conterantur, & confiteantur, quando indulgentiam sunt quæsitura: rari tamen sunt, qui quo tempore bullas capiunt, & nummos illos binos argenteos soluunt, quæ est causa illas concedendi, contritionis, & confessionis satis meminerint: rariores verò, qui dolorem vllum præteritorum concipiant: rarissimi autem, qui perfectam contritionem præhabere satagant, quo illud pium opus soluendi nummos illos argenteos, in gratiæ statu peragant. Quòd si fateamur, vt arbitrator, quòd Thomas de Vio fateretur, consequi videtur, miserandam, & lachrymis vberimis deflendam esse perditionem illam. IIII. facit, quòd I. cet. is tex. probet, ob rationabilem causam tantum concedendas esse indulgentias: non tamen probat, eam causam debere esse meritum de condigno. Quo.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

niam frequenter earum concedendarum finis primarius est pax, & concordia principum: frequenter decus, honor, & gloria Dei, vel sanctorum eius. Qualis videtur esse finis indulgentiæ anni iob. lci. Sed replicari potest, quod licet causa principalis concedendi indulgentiam generatim non sit meritum: tamen causa principalis, propter quam hic, vel ille eam meretur, est meritum: **15** opus, scilicet, illud bene, ac in charitate, & gratia factum: quod in forma indulgentiæ indicitur. V. facit, quod † sequeretur, paucissimos de plurimis iuris hoc anno iobeleo Romam, eius indulgentiam adepturos. Pauci enim eorum, collatione aliorum, ab arrepto itinere noctes, & dies in itinere, & vrbe, vsque ad vltimam templorum ad id præscriptorum visitationem, in statu gratiæ permanebunt. * Quod ipsum de Romanis sentiebam cum hæc olim scriberem, quamuis nunc, perspecta modestia & deuotione qua ipsi ecclesias præstitutas visitant, aliter sentiam. * VI. facit, quod eadem ratione consequerentur, bonam partem eorum, qui in his Hispaniæ regnis bullas, quas appellant, misericordiæ, redemptionis captiuorum, & alias accipiunt, frustra eas accipere. Quando quidem bona pars eorum sine debito peccatorum dolore eas accipit. VII. facit, quod nusquam prædicatur, accepturos bullas, ante illarum acceptionem debere pœnitere: licet ante acquisitionem indulgentiæ sic. Ecce, aut earum prædicatores errant; nimium est negligentia: aut opinio Thomæ de Vio falsa est. Hæ septem considerationes vehementer me in Diui Antonini opinionem impulerunt; compulissentque, ni me alia pro Thomæ de Vio allata in eius opinione retinuisset. * Quare † cum hæc pridem scrip- **16** sisset, eius opinionem coactus tenui, aliquibus tamen modis limitatam, nunc autem dico sequentia. Primum, quod non procedit quoad facultates quæ præter indulgentiæ acquisitionem conceduntur: Qualis est facultas concessa cupiam eligendi concessarium, qui eum etiam a reſeruatis absoluat: qualis est facultas edendi oua, & lacticiâ diebus ieiuniorum ab Ecclesia indictorum: audiendi diuina tempore interditi, sacrificandi super altari portatili extra loca sacra, & id genus alia multa, quæ bullæ fabricæ S. Petri, misericordiæ, expellitionis in infideles (quam Cruciatam vocant) & alia multa continent. Quoad has enim facultates nihil videntur concludere rationes Thomæ neque alia pro eo adiecta. Cum æquæ conuenire possint etiam mortali culpa infectis, ac ab ea mundis: II. † quod non procedit saltem in causa principali remota, puta indulgentiâ quam concederet Papa ad agendas gratias Deo pro fœdere sua operâ inuito inter aliquos principes, qui mala mortaliter intentione, illud iniissent. Quamuis enim causa principalis remota, scilicet: pax inita, peccatum esset lethale, & qui eam fecissent, mortifere peccassent: hijs tamen qui in statu gratiæ, pœnitentiæ sacramentum sumerent, gratiasque pro pace, quam bene factam esse credunt, agerent: indulgentiam profecto lucrarentur concessam. Quoniam, etsi principale opus remotum, ob quod indulgentia concederetur non esset meritorium, proximum tamen tale esset. III. Quod non habet etiam locum in causa minus principali, nam in hoc anno Iobeleo licet peregrini Romam euntes lethali peccato infecti arriperent, vel continuarent totum iter, aut partem eius: si tamen Romam peruenientes, vere pœnitentes & confessi, ecclesias præscriptas visitaerint, indulgen-

dulgentiam hanc lucrifacere posse videntur, eò quod, etsi totum opus in statu gratiæ non peragerent: principale tamen & proximum opus, nempe visitationem ecclesiarum, in eo statu requisito peragerent. IIII. etiam limitabam tunc, eam procedere, cum totum opus in damnato statu fieret: scilicet, quando pars in bono, & pars in malo. Quia tunc licet totam indulgentiam quis non quæreret, partem tamen, quæ illi parti operis boni, & bene impleti responderet, lucrifaceret: ita quod peregrinus qui hoc anno Iobeleo ecclesias in hac extrauag. contentas, trigiesies visitaret, decies quidem peccato lethali infectus: vigesies vero eo liberatus, is non lucraretur totam, sed duas tertias tantum, sed hoc non videtur satis firmum, propter firmam conclusionem supra positam: Quod relictum siue promissum sub conditione, vna vel pluribus, non debetur nisi tota vel omnibus impletis. I. Cui fundus. ff. de conditio. & demonstra. cum suis concord. nisi defendatur per præsumptam intentionem Rom. Pontif. Quod quamuis velit vt indulgentia per eum ob aliquod opus concessa, nemini alij quærat, quam totum illud opus facienti: & quamuis eius intentionis sit, vt illud in statu gratiæ fiat ad quærendam totam indulgentiam, intendere tamen vt quærat partem proportionabilem parti operis in bono statu impleti: modo totum opus in bono, vel malo peragat. V. Quod qui teneret prædictam quartam † ampliationem Caiet. & limitationem eius proxime positam, deberet etiam limitare suprædictam ampliationem tertiam, ex Adriani doctrina desumptam, videlicet, Quod licet opus, ob quod indulgentia quærenda est, oporteat esse bene moraliter factum: si tamen pars operis successiui per indulgentiæ formam requisiti, bene moraliter fiat: pars vero male, pro parte bene peracta indulgentiæ partem ei respondentem acquirat, licet si bene, vel male totum opus non fuisset factum, nihil de indulgentia quæreret. VI. † Quod secundum vtrunque opinionem Caiet. & contrariam, dicendum est, Bullas fabricæ, Basilicæ Apostolorum Principis, vel misericordiæ, vel expeditionis in Turcas, vel alias similes, in peccati lethalis statu acceptas, prodesse, quoad omnes alias facultates, quam indulgentiæ acquisitionem, quæ homini peccato lethali infecto concedi possunt, & solent. Quorum aliquot exempla supra proxime tacta fuerunt, quibus addi potest facultas qua possit absolui à censuris quibus liber. VII. Quod secundum vtrunque opinionem dicendum est, prædictas bullas nihil prodesse, quoad indulgentias, quæ per solam bullæ acceptionem quærentur, accipientibus eas in statu peccati mortalis, neque priuilegia confraternitatum quibus conceditur indulgentia intranti eam, pro tempore quo intrat, ei qui intrat in statu peccati mortalis, neque priuilegia altarium vel reliquiarum, quibus aliquot indulgentiæ conceduntur porrigentibus manus adiutrices, pro tempore quo adiuant, si tunc sint in mortali peccato. VIII. Quod prædictæ bullæ & alia priuilegia, quibus conceditur habētibus ea vt quærant indulgentias Romæ stas, siue stationū Romanarum, visitando tres Ecclesias, aut tria altaria, profunt eis quo ad illas quæredas, licet tēpore quo illas bullas & priuilegia quæsierunt sint in malo statu, modo in bono prædictas Ecclesias vel altaria visitauerint. Quia licet causa remota illius indulgentiæ, scilicet, acceptio bullarū, vel introitus in confraternitatē, vel manus porrectio, non fiat in

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

gratiæ statu: visitatio tamen ecclesiarum, vel altarium, quæ est causa proxima earum, in eo fit, quod sufficit iuxta 2. dictum. IX. Quod per proximum & 2. dictum videtur dicendam, etiam secundum opinionem Caietani, per illa tamen limitatam, prodesse posse prædictis bullas quo ad potestatem faciendi se absolui plene, vel cum remissione aliqua in vita, vel in morte. Quia hæc absolutio non quæritur ipso iure per bullæ acceptionem, sed per absolutionem postea faciendam, quia sicut arreptio itineris veniendi Romam, ad quærendam hoc anno indulgentiam Iobeleam, in malo statu facta, non impedit acquisitionem indulgentiæ illius, si actus visitandi ecclesias fuerint facti in bono, quia non est causa proxima, sed remota quærendi eas, per prædicta, ita acceptio bullæ in malo statu, non impedit acquisitionem indulgentiæ, cuius non est causa proxima, sed remota, modo in bono statu accipiatur absolutio, quæ est causa proxima. X. Quod intentioni concedentium indulgentiam propius videtur eam lucriferi ab eo qui est in bono statu, tempore quo est quærenda, licet conditiones totæ ob eam quærendam requisitæ, non impleantur in bono statu, modo impleantur bene moraliter, & vltima pars earum, quæ est proxima acquisitionis indulgentiæ, fiat in statu gratiæ. Tum, ne nimis emungentes eliciamus sanguinem contra caput. Prouerb. 30. relatum in c. Denique. 4. dist. Tum, quod alioqui pauci collatione aliorum, quærent indulgentias anni Iobelei, nec alias quæ prærequirunt ieiunia, & elemosynas certorum dierum, vel hebdomadarum, quorum omnia, & partes eorum, pauci collatione aliorum, in bono statu prosequuntur, & pauciores incipiunt, & rari collatione aliorum, perfecte se conterunt antequam confiteantur, imò nec bona pars confitentium peruenit ad integram contritionem, nisi per attritionem absolutione sacramentali auctam & confortatam, vt supra tactum est, * & latius in Manuali Confes. cap. 1. * XI. Quod ad argumenta Caiet. & supra eis in fauorem eius addita responderi potest, illa esse quidem valde vrgentia, & aded quidem mihi visa fuisse vrgere, vt volentem nolentem me à sua parte stare hoc in loco, olim coegissent, sed nunc altius perpendenti rem, non videri conuincere, præsupposito eo quod rationabiliter dixit Io. maior. vbi supra. Quod Papa potest concedere indulgentiam existenti in malo statu, pro tempore quo fuerit in bono, quod licet ipse non dicat, ea ratione conuincitur: Quod Iobelea indulgentia huius anni generalis, & quælibet alia, conceditur etiam malis, vt eam lucrari possint in bono statu.

Præsupposito item, quod non est intentionis Rom. Pon. concedentis Iobeleam indulgentiam particularem (quæ aliquando solet concedi in hebdomada proxima sequenti Dominicam, in qua publicatur, ieiunanti, preces, & elemosinas facienti feria 2. 4. & 6. & communicanti Dominica sequenti) vt iam inde à manè feriæ 2. quo illa facere incipit, sit in statu gratiæ, quoniã prudentia tantæ sedis præside digna, nouit tantam & tam variam multitudinem, non posse moraliter inueniri tam breui paratam, ideoque censere eam satisfacere si per totam hebdomadam, & initium Dominicæ insequentis antequam comunicet, ita videatur parata & confessa.

Præsupposito item, quod intentio S. D. N. & prædecessorum suorum, concedentium anni Iobelei indulgentiam, non fuit vt omnes eam lucraturi iam inde à

indē à die arreptionis itineris veniendi ad urbem, & toto tempore, quo iter facerent, & in ea, visitandis ecclesiis operam darent, semper essent in statu gratiæ, quippe qui nouerunt quam fragilis & inconstans & quam vertibilis liberi arbitrij sit humana natura, præsertim in tanta tam variarum gentium multitudine quamque frequens sit mortifere cadendi occasio & illud Prouer. 24. *Septies in die cadit iustus*, relatum in c. septies de pœn. dist. 1. Ad cuius strictam veritatem licet sufficiat casus in peccatum veniale, per quod non perditur bonus status iuxta Thom. receptum 2. 2. q. 24. artic. 12. ad 1. tamen etiã significat magnã esse hominis in peccatum mortale propensionem.

Præsupposito item 4. quod existens in bono statu, potest quærere indulgentiã per factum mali ministri, per quem largitur elemosinã indulgentiæ quærendæ necessariã, sup. eod. not. nu. 6. & quod existenti in purgatorio potest quæri indulgentia concessa defunctis per factum viui mali, facientis id quod ad illam quærendam fieri debet, vt traditur infra not. 22. nu. 31.

His inquam præsuppositis, respõdeo ad omnia argumenta Caiet. quod illa tantum opera & illo tantum modo facta sufficiunt ad indulgentiã, quot & quomodo illa necessariò ad illam quærendam voluit cõcedens esse facta, modò illa moraliter saltem benè fiant, & perfectio eorum vltima, per quam est quærenda indulgentia, fiat in bono statu, & negando quod omnia opera, quæ requirit indulgentia quærenda, debeant esse viua, negando item quod opera mortua si alioqui sint moraliter bona, repugnent operibus viuis, & in gratia factis, quia imò multum & multis modis iuuant ad quærendam illam, iuxta gloss. c. Quod quidam de pœnit. & remiss. & c. Quærat. §. Quod autem de pœnit. dist. 1. Negando item, quod non possint seruire ad integrã causã concedendi indulgentias pœnarum, à Pontifice concedendas, cum etiã seruiant de congruo, ad quærendam indulgentiã culparum à Deo condonandã, vt Tho. recep. dixit 1. 2. q. 113. art. 3. & seq. cui grauius astipulatur Concil. Trid. sess. 14. c. 4. & Canon. §. Negãdo item cum Ioh. maiore, & Siluest. infra citato, quod non possit concedi indulgentia existenti in malo statu pro tempore, quo fuerit in bono.

20 XII. † Plurimum præmonendum esse populum, vt accepturi Bullas Cruciatæ, & alias similes, quibus magnæ indulgentiæ conceduntur, antequam eas accipiant, & soluant, vel se obligent soluere elemosinã, ob quam conceduntur: prius magna cura iustum dolorem de peccatis præteritis, cum proposito iusto ea confitendi, cauendique futura concipiant, & quod nisi illud fecerint non esse lucrifacuros indulgentiã, quæ ob ipsã bullæ accèptionem & elemosinæ solutionem ipso iure, sine alia Confessarij absolutione quæritur, quia illa est proxima causa illius quærendæ, quamuis alias postea per absolutionem sacerdotis quærendas, lucrifacere possint; si tempore absolutionis, in illo bono statu inueniantur, & prærequisita in id opera, saltem moraliter benè fecerint.

21 XIII. Gratiorem Deo videri vsũ accipiendi bullas, quo hæc Lusitanæ florentissima, ac alia quædam regna vtuntur, quam ille aliis quæstuosior, quò in aliis nonnullis regnis quæstores abutuntur. In his enim certus locus vel certa loca deputantur, vbi præsto sunt ministri ad dandum bullas desiderantibus

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

18
eas, ad quarrendas indulgentias, & alias facultates in eis concessas, & erogare volentibus eleemosinam, ob quam conceditur, & pœnitentes, vel alij pietate in Deum ducti, de consilio Confessoriorum, aut aliorum eruditorum, ante confessionem, vel post eam ante absolutionem, cum iusta cura, & iusto peccatorum dolore, sponte vadunt, aut mittunt pro bulla quarrenda. In alijs vero quibusdam regnis, varij per varias partes prædicatores, earum de purantur, qui eos modis, minis & temporibus importunis ad suas conciones ita vocant & compellunt: Quo fit, vt illi non amore Indulgentiarum, non pietate ducti, sed timore seruili perdendi messem, vel alia incommoda incurrendi, accipiunt bullas detrahentes eis, & etiam compellentibus se ad eas accipiendas, vel ad messem & trituram suam derelinquendam, nouisque se peccatis vincunt, qui antiqua delere debuissent, & magnum Bullarum beneficium sanctè acciperent.

21
XIIII. vile, sanctum, & toto corde exoptandum esse, vt quamcunque iobeleam indulgentiam, & aliam quamlibet lucrifactori, conentur in statu bono facere omnes actus, etiam præambulos, & medios, ad quarrendam illam indulgentiam præstitutos, maxime autem vt vltimos, & quarrendæ indulgentiæ proximos faciant in illo. Cui consequens est, secundum vtranque opinionem; quam maxime vtile esse quod vltima visitationum huic Iobeleo quarrendo præscriptarum, qua ipso iure sine noua absolutione Confessarij quarritur, fiat in bono statu: & consequenter, maxime expedire, vt in die vltimæ visitationis, paulo ante vel post communicetur, vt in aliquot alijs Iobeleis, magno cum omnium fructu pro vltimo actu solet adijci communio. An autem sufficeret, vt vera pœnitentia, confessio, vel status gratiæ post præfatas omnes visitationes etiam ex interuallo infra residuâ anni Iobelei partem superueniat? dicitur infra notab. 32. in gloss. verb. *durante*.

Quæstionis tamen grauis est, An præsupposito quod non sit necessarium, vt opus, siue actus, quem prærequirit indulgentia, sit meritorius, hoc est bonus factus in statu gratiæ, sed sufficit, & requiritur, quod sit bonus benè moraliter factus: An inquam desinat esse talis, si fiat peccando venialiter? Quam (ne nimis hoc notabile oneremus) infra in scholijs extrauag. S. D. N. oportuno loco verb. *deuote* resoluemus.

Ex quibus omnibus infertur primo, eos non lucrifacere sibi indulgentias, qui extra quadragesimam, vel intra eam antequam confiteantur, vel veram & perfectam contritionem suorum peccatorum lethaliâ, à confessione postrema admissorum, concipiunt, in varia templa vrbium vel suburbiorum, vel eremi concedunt cum alijs suis comitibus, recreandi se potius quam expiandi causa etiam si quæpiam dolorem, imperfectam tamen, suorum peccatorum habeant, præsertim si nunc vana, nunc detractoria, nunc obscœna colloquantur.

II. infertur, Neque illos quarere indulgentias qui Episcopali benedictioni intersunt, vel conecionem privilegio indulgentiarum munitam audiunt, vel qui pro Rege in hoc privilegio donato (vt est Rex Franciæ secundum Thom. in 4. dist. 20. q. 1. art. 3. vt in repetitione. c. Quando de consecr. dist. 1. not. 19. num. 89. dicebam) orant. Neque qui orationes B. Brigidæ, & alias, quarum pronuâ

pronunciatoribus indulgentiæ conceduntur, recitant. Nisi vel se à confessione postrema mundos à peccato lethali seruariint, vel magna cura eorum, quæ postea peccarunt, contritionem perfectam præhabuerint: licet aliquantulum eorum memoriam, & aliquantulum dolorem præconceperint. III. infer-
 23 tur, eum, qui semel lethali culpa † est infectus, tum demum, & non antea, vel miniam indulgentiam sibi quaesitum: cum ei omnia, & singula peccata le-
 thalia, ita ob Dei amorem principaliter displicuerint, quod ob nullum bonum querendum, malumve vitandum, ea denuo admittere proponat, eo quod tunc demum, & non antea dicitur verè pœnitens, iuxta ea, quæ latius in c. Perfecta. supra eadem distin&ct. diximus pridem, & postea in Manual. Confess. resolu-
 tius. cap. 1. post Thom. in Quodlibet 1. artic. 9. Palud. in 4. distin&ct. 17. q. 1. Dicunt Antoni. 3. parte tit. 14. cap. 18. & expressius Thom. de Vio. 2. tom. de contritio. q. 1. col. 3. Quanquam fateor non esse necessarium vt sup. eod. not. dicimus, ad ve-
 ram pœnitentiam, credere nunquam nos denuò lethaliter peccatos, secun-
 dum Innocen. receptum in cap. Omnis. de pœnit. Fateor item sufficere nobis, velle verè concipere tam alium, tamque viro Christiano dignum odium, & horrorem omnis peccati lethalis horrendi, & dolere, quod eum concipere nequimus, secundum Palud. receptum in 4. dist. 17. qu. 1. art. 5. defensum vt dixi-
 mus † bi supra.

XX. Notab. de diffinitione indulgentiæ, & multis, quæ illam consequuntur.

S V M M A R I A.

- 1 Indulgentiæ diffinitio, & quod verbum, indulgentia, varia significat, nu. 2. & an hic latine sumatur, nu. 3. & diffinitionem Caiet. non esse bonam nu. 13. & Calder. Felin. Henri. & Communis nimia nu. 14.
- 4 Indulgentia semper est absolutio, secundum Caiet. pro quo argumēta, nu. 5. & contra, nu. 8. concordia, nu. 10.
- 6 Indulgentiæ concessio, non est iustitiæ distributiue actus.
- 7 Iurisdicctio, quæ redditur in iniustum.
- 9 Absolutio se nemo, & absolutio non est genus ad indulgentiam, nu. 11.
- 12 Indulgentiæ genus est remissio, prout equipollet illi disunctio, absolutio vel compensatio.
- 15 Remissio latroni facta in cruce, vera indulgentia. Sed non remissio professionis, nu. 17.
- 16 Indulgentiam mortuo concedi posse.
- 18 Indulgentia quæ concedenti prodest, & quæ non, nu. 19.

XX. Principaliter colligo ex sæpe dicta Extra. Vnigenitus. de pœnit. in 11.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

not. supra transcripta, verbo, *veniam* & ex octo notabilibus ex ea supra excerp-
tis, quòd indulgentia rectè diffinitur esse remissio † pœnæ temporariæ, debi-
tæ actuali peccato pœnitentis, extra sacramentalem absolutionem facta, à
prælato ecclesiæ, ob rationabilem causam, eam de thesauro satisfactionum
ecclesiæ compensante. Dixi *remissio* pro genere; siquidem omnis indulgentia,
prout hic sumitur, remissio quædam, seu condonatio est, vt prædicta Extrauag.
habet: non contra, omnis remissio, vel condonatio est indulgentia, de qua hic
loquimur. Dixi *pœna* quo differat à remissione culpæ, aut rectius maculæ pec-
cati, quæ sine sacramento non potest à prælato ecclesiæ fieri, vt diximus in not.
10 per c. Nemo. de consecr. dist. 4. & dicta Thom. recept. 3. parte. q. 64. art. 3. & 4.
Addidi *temporariâ* quia per indulgentiam non condonatur pœna æterna: sed
tantum temporaria, vt hæc Extrauag. habet, tum expresse, tum tacite: quatenus
habet indulgentiam solis verè pœnitentibus quæri. At constat eum, quem ve-
rè pœnitet, nullam æternam pœnam debere, secundum omnes. Dixi *debita*
quia remissio, & condonatio, quæ priuatio quædam est, debitam præsupponit
pœnâ, arg. l. Manumissiones. ff. de iusti. & iure & c. Ad dissoluendum. de despon-
satio. impub. Addidi *actuali peccato* ad excludendam indulgentiam pœnæ, debi-
tæ originali peccato, quæ non remittitur, nisi per sacramentum, vel à Deo
immediatè. Dixi *pœnitentis* quia non pœnitenti non conceditur, vt hæc Extra-
uag. habet. & in notab. 17. est dictum: Non tamè addidi, *confesso* quia, vt dictum
est in notab. 18. concedi potest. Imò in dubio, nisi aliud exprimat, videtur con-
cessa pœnitenti, licet non sit actu confessus. Addidi *extra absolutionem sacra-
mentalem*, quia remissio pœnæ temporariæ, quæ fit à sacerdote virtute sacra-
menti, iuxta c. Quem pœnitet: infra eod. non est, de qua loquimur, indulgètia.
Dixi *facta à prælato ecclesiæ*, quia quæ fit à rege, alioue seculari iudice, non est,
de qua loquimur, indulgentia, quam solus prælatus ecclesiasticus potest con-
cedere, per infra dicenda. Addidi, *ob rationabilem causam* propter ea, quæ su-
pra in 13. notab. dixi. Addidi, *eam de thesauro satisfactionum ecclesiæ compensan-
te*, ad significandam rationem, qua fit hæc remissio: de qua supra notab. 13. &
ad excludendas remissiones, quæ per eleemosynas, ieiunia, & alia pia fiunt ope-
ra, iuxt. c. Animæ. 13. q. 2. & c. 1. 2. 6. q. 7. & notata in 4. dist. 16. & 45.

Ex hac diffinitione inferam multa, quibus non pauca contraria dissoluas,
& non paucas opiniones concilies. Quæ breuitatis, & claritatis gratia substi-
tui, candide lector, oppositionibus, & earum solutionibus, quas iam scripse-
ram. Primo igitur infero, verb. *indulgentia* † æquiuocum esse, ac varia signifi-
care. In hac enim materia significat remissionem pœnæ in foro pœnitentiali.
Alibi verò gratiam, priuilegium, & dispensationem, c. 1. de rescript. & c. fin. vt
lit. pend. Clem. 2. de celebratio. missarum. c. Indultum. de reg. iur. li. 6. & c. Inter-
fectores. 33. q. 2. Alibi remissionem pœnæ in foro exteriori. l. final. C. de abol. La-
tinis autem politioribus indulgentia, est mollis permissio, & educatio, iuxta
illud Quinti. 1. instit. *Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos
omnes, & mentis, & corporis frangit.* Sic accipitur in ca. Cum ad monasterium.
de statu monacho. Quandoque, indulgere, est dare operam, & ferè in malam
partem: vt indulgere gulæ noli, & c. & indulgere nouis amicitiiis, apud Cicero-
nem, de Amicitia. Quibus consequens est primo, rectè Decium in cap. 1. de re-

Scrip. reprehendisse Antoni, in c. In nostra. de sepult. dicentem, priuilegium co-
 differre ab indulgentia, quòd hæc sit temporalis: illud verò perpetuum. De in-
 de rectè nos etiam discessisse à Decio in d. c. j. dicente, indulgentiam diffiniri
 remissionem pœnæ, Tum, quòd in illo ipso c. non significat remissionem pœ-
 næ: sed priuilegium, vel gratiam, vel beneficium principis. Tum, quòd indul-
 gere, pro, ignoscere, soli barbari dicunt, secundum Vallam, lib. 4. c. 18. Tertio
 3 † verbum, (indulgentia) non nimis Latine sumi hic pro remissione pœnæ, non
 qualiscunque: sed de bitæ in foro pœnitentiali. Quamquam indulgètia crimen
 abolere, sit apud iurisperitum in l. Lucius. ff. ad Senatusconsult. Turp. & de
 molli educatione facile ad hanc remissionem transferri potest. II. principa-
 4 liter infero, indulgentiam, † de qua loquimur, secundum omnes, esse libera-
 tionem à pœna temporaria, pro peccato mortali condonato, vel pro veniali
 sustinenda. Quauis, secundum alios, hæc liberatio immediatè, & principaliter
 sit solutio pœnæ ab vno debitor, per compensationem pœnæ ab alio susce-
 pta: & mediatè, ac minus principaliter absolutio. Secundum verò alios, è con-
 trariò immediatè, & principaliter est absolutio à pœna: & per viam causæ iu-
 stificantis continet compensationem cum pœna ab alio suscepta. Et pro hac
 5 posteriori opinione, † quam Thom. à Vio sustentat, facit primo d. c. Quod au-
 tem, quatenus efficaciter probare videtur, indulgentiam concedere, esse vel
 ligare, vel absoluerè: & constat non esse ligare ergo erit absoluerè quod, ipsum
 met c. probat, neminem posse illam alteri, quam subdito suo concedere, sine
 consensu superioris eius, cui conceditur: & ita probat concedere indulgèti-
 am esse iurisdictionis: cum tamen soluere creditori pro debitor, non sit iurisdic-
 tionis: sed priuatæ potestatis, & operationis l. Soluendo. ff. de neg. gest. & l. In-
 uito. C. de solutio. & quotidie in materia ipsa nostra, vnus existens in charita-
 te, pro alio viuo, vel mortuo existente in charitate satisfacit, iuxta ea, quæ latè
 habentur in 4. sententiarum, dist. 16. & 45. & probatur in c. Animæ. & c. Tem-
 6 pus, 13. q. 2. & c. 1. 26. q. 7. III. quòd concessio † indulgentiæ non est actus iusti-
 tiæ distributiæ. Quoniam sine vlla consideratione proportionis meritorum
 vnus, ad merita alterius, conceditur, vt palam est. Quod iustè fieri non posset,
 si esset distributio, & actus iustitiæ distributiæ, iuxta doctrinam Aristotel. 5.
 Ethicorum: & ea, quæ latè nos tradidimus in c. Graue. de præb. Ergo est actus
 diffinitiuus iurisdictionis, & non condemnatio: ergo absolutio. IIII. quòd
 7 non obstat, quòd iurisdicção reddatur in inuitum, & † indulgentia non conce-
 datur inuito. Quoniam ommissa consideratione Thomæ à Vio, responderi po-
 test, quòd licet contentiosa iurisdicção reddatur in inuitum l. Inter stipulan-
 tem. §. 1. ff. de verbo. obliga. non tamen voluntaria, saltem vt plurimum: & ad
 hanc videtur pertinere indulgentiarum concessio: sicut etiam pertinet legiti-
 matio, emâcipatio, collatio beneficij, & id genus alia, iuxta notata in c. Nouit.
 de offic. leg. & l. 2. ff. de offic. proconsul. V. quòd animabus Purgatorij Papa
 non concedit simpliciter indulgentiam, sicut viuus: sed per viam suffragij, &
 non alia ratione, nisi quia super illis non habet iurisdictionem, ad absoluen-
 dum eas autoritatiuè. Quia, iuxta notata in c. A nobis de sententia excommu-
 ni. & c. Quodcunque 24. q. 1. solum habet iurisdictionem super terram, & non
 sub eam: Ergo indulgentiarum cõcessio principaliter est absolutio. Pro altera

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

- 8 verò opinione, † quam Palud. sequitur in 4. d. 20. q. 4. colum. pen. oppidò vrget primum, quòd proxima argumentum probat, indulgentiam aliquam aliquò modò concedi posse animabus Purgatorij. Quòd ipse quoque Tho. de Vio fatetur. At illa concessio non est absolutio: quòd etiam ipsemet fatetur. Ergo non omnis indulgentia est absolutio. Secundo vrget plurimum, quòd tam secundum eundem Tho. de Vio, quam secundum Thomam, Paludanum, & alios, vbi supra, is, qui concedit indulgentiam, potest fieri particeps eius. At nemo potest † seipsum absoluerè. l. penult. ff. de recep. arbit. l. Ille, à quo. §. Tempestiuum. ff. ad Senatusconsult. Trebell. Nec satisfacit responsio Caiet. quam ad aliqd. propositum posuit Cal. in cap. Nostro, de pœn. & remissio. scilicet, quòd concedens indulgentiam, non participat eam sicut alij, sed potest committere alicui sacerdoti, vt absoluat eum eo modo, & ab eadem pœna, quò modo, & à qua ipse absoluit alios: sicut & Papa subiicit se absolutioni sacramentali. Non, inquam hoc satisfacit Tum, quia sicut nemo potest seipsum absoluerè, vel condemnare ita nemo potest dare alteri potestatem, se absoluedi, vel ligandi, arg. c. Qui per alium. de regu. iur. lib. 6. Tum, quia potestatem, quam quis non habet, non potest alteri mandare. l. Si vniuersa. C. de leg. & c. Quòd autem, de iure patto. At nemo habet potestatem se absoluedi: Ergo nemo potest alteri delegare illam. Tum, quia ratio, qua Papa absoluitur à suo confessario, non est quia ipse committit ei iurisdictionem id faciendi: sed alia, vt profundius, quam hactenus scriptum sit, scrutabamur, in c. Placuit. de pœn. distin. 6. à nu. 17. vsquè ad 22. III. infertur † pro qualiquali harum opinionum concordia, indulgentias aliquas esse principaliter absolutiones: alias autem principaliter compensationes. Est enim vera absolutio indulgentia, per quam principaliter, & immediatè tollitur pœnitentia iniuncta, & acceptata: ita, vt ad eam implendam non teneatur: siue pœna in foro Dei debeatur, siue non: licet mediatè, & consequenter etiam condonetur ei pœna correspondens pœnitentiæ iniunctæ, in Purgatorio luenda, si ea debetur, & alia necessaria concurrant, & c. Quòd autem, de hac loquitur. Quoniam loquitur de ordinario, qui saltem olim solum dabat indulgentias ad relaxandum pœnitentias iniunctas cap. Cum ex eo. de pœnit. & remiss. Et in his seruari posset opinio prior. Altera verò, in indulgentia, per quam immediatè, & principaliter condonatur pœna in Purgatorio luenda: licet mediatè, & per consequentionem tollatur quandoque etiam pœnitentia iniuncta. Fateor tamen, Th. de Vio nolle admittere hanc diuersam naturam indulgentiæ: cum tamen ex suis ipsis dictis oriatur efficaciter, vt supra probabam. V. infertur, verbum † (absolutio,) esse genus ad indulgentiam, contra Thomam de Vio. Quia datur aliqua indulgentia, quæ non est absolutio: illa nempe, quam lucrificat ipse, qui eam dat, facièdo illud opus, ob quòd eam aliis concedit. Illa item, quæ conceditur animabus purgatorij, quæ etiam ipse Caiet. concedit non esse absolutionem. VI. patet, verb. † (remissio) positum in nostra diffinitione, tantum valere, ac hoc disiunctum (absolutio, vel compensatio,) vt tanquam verum genus omnes comprehendat indulgentias. VII. infertur, verb. (pœnæ) positum in diffinitione, non solum comprehendere pœnam in purgatorio luendam: sed etiam pœnitentiam iniunctam, siue aliquid debeatur in Purgatorio, siue non. VIII. eandem indulgentiam, vno respectu dici posse

posse absolutionem, & alio compensationē. Qualis est indulgentia huius anni iobelei, quæ respectu pœnitentiæ iniunctarum viuorum, est absolutio: respectu vero pœnæ, quam viuus debet ultra eam, quæ per executionē pœnitentiæ iniunctæ relaxari potuisset, est compensatio. IX. diffinitionē Caiet.

13 † quam ille summa animi intentione, & subtilitate dedit, & defendit, quæ est (Absolutio ab iniuncta pœnitentiâ in foro pœnitentiâ) non esse bonâ. Quandoquidem non comprehendit indulgentiam animabus Purgatorij cõcessam, neque concedeti communicatam, neque aliquot alias. Fatetur enim ipse, posse Papam concedere nobis indulgentiam pœnitentiæ non iniunctarum, quæ tamen iniungi debuissent, vel erant necessariæ ad integram peccati deletionem, etiam per viam compensationis, & suffragij, si vellent. Itaque amplius est diffinitum, quàm diffinito, contra l. 2. ff. de dol. & glo. in rub. de summa tri-

14 nit. & alia, quæ adduximus in rub. de præbend. X. nimum † reduntatem esse diffinitionem Calderini, quam primus omnium circumspicte profecto dedit in d. c. Nostro. de pœni. & remiss. col. 7. quam Felyn. transcribit in serm. de indulg. col. 3. quam Henr. Gand. Quodlibet. 15. & postremo, arti. 2. sibi tribuit, cuiusque esse illam credit Cardin. in hoc ipso. §. arti. 1. Ex qua & nos nostrâ paulò

15 limatiorem desumpsimus. XI. veram indulgentiam fuisse, remissionem † illam plenariam, quam redemptor pendens in cruce, latroni prope se pendeti, concessit, per ea verba *Hodie mecum eris in paradiso*. Luc. 23. & c. Baptismi vicem. de consecr. dist. 4. Quamuis ante eius aduentum nullus veteris testamenti sacerdos, indulgentiam vllam concessisset, secundum Innoc. in c. Quod autem, de pœnit. Quod optimè fulcit conclusionem nostram, repeti. cap. Nouit. de iudi. notab. 3. nu. 89. scilicet, potestatem ecclesiasticam à Christo Petro datam,

16 nunquam antea fuisse. XI. † rectè posse mortuis indulgentiam concedi, secundum Inno. in d. cap. Quod autem. vbi eum sequitur Cardin. cum Comuni. & in Clemen. 1. §. Ad hæc quæ st. 13. de pœnit. & remis. & Felyn. vbi supra, col. 8. Calde. in d. c. Nostro. col. 20. Thom. & Commu. in 4. dist. 20. & Augusti. ab Ancho. de potestat. ecclesi. q. 32. arti. 3. Quoniam, quæ ratio maximè huic conclusioni obstat, illa est, quòd non videtur Papa posse absolvere mortuos, in quos secundum Commu. non habet iurisdictionem. * dixi supra *Papam non habere iurisdictionem in animas purgatorij secundum communem*, quia secundum aliquos habet, Quorum sententiam post hæc nostra scripta late tuentur moderni Medinen. in lib. de indulgen. dispu. 7. multis capitulis, ob quæ tamè non recedo à communi, licet (quia id paræ utilitatis est) causa breuitatis non respondeam eorum fundamentis. * At secundum hanc diffinitionem, & eius declarationem non est de substantia indulgentiæ, quòd sit absolutio, sed satis est quòd sit absolutio vel compensatio, iuxta dicta in corol. 6. & 7. Quibus autem mortuis concedi possit, postea notab. 31. nume. 48. dicemus. XII. non

17 videri † verum id, quòd tribuitur Tho. in 2. Sec. quæ st. 189. arti. 3. ad 3. scilicet, eum, qui profiteretur aliquam religionem, perinde quærere sibi indulgentiam plenariam, ac qui suum corpus subsidio terræ sanctæ deuouet. Quoniam et si actus professionis sit actus heroicus, & per eum in gratiæ statu factum, plurimum quis mereatur, & magnam, & integram, ac forte plenam suorum peccatorum remissionem, proprio merito nitentem, consequatur

Commen. De Iobelco & Indulgen.

1 nullam tamen indulgentiam consequi videtur. Quia nullam remissionē alienis meritis nitentem, per compensationem à prælato factam. Quod diffinitio prædicta exigit ad indulgentiæ essentiam. Neque Thomas id, vbi supra dixit, tamen si multi posteriores, & in his Felin. vbi supra col. 4. id putent. Eius enim ea de re verba hæc sunt: (Rationabiliter autem dici potest, quod etiam per ingressum religionis aliquis consequatur remissionem omnium peccatorum. Si enim aliquibus eleemosynis factis, homo potest statim satisfacere de peccatis suis: secundum illud Danielis. 4. Peccata tua eleemosynis redime: multo magis in satisfactionem pro omnibus peccatis, sufficit, quod aliquis setotaliter divinis obsequiis mancipet, per religionis ingressum, qua excedit omne genus satisfactionis etiam publicæ pœnitentiæ, vt habetur in decretis. 33. q. 2. cap. Admonere. Sicut enim holocaustum excedit sacrificium, vt Gregor. dicit super Ezech. Vnde legitur in vitis patrum, quod eandem gratiam consequuntur religionem intrantes, quam consequuntur baptizati.) Hactenus ille. Qui in illis verbis: (eleemosynis factis. &c.) & in illis: (Sicut holocaustum. &c.) palam significat, se de remissione merito proprio nitente, & non de indulgentia de meritis alienis hausta, agere. Adde, quod gratia baptismalis, cui secundum aliquos æquat gratiam professionis, non est indulgentia, vt palam est: quia non datur sine sacramento: tamen si memoranda est virtus illa magna professionis, quam vir ille doctissimus simul cum communi, voto peregrinationis in terram sanctam facto, longè præponit. Dandaque opera est, vt quicumque eam facturus est, in gratiæ statu faciat. Quoniam alioquin tanquam opus mortuum nihil prodest, neque ad gratiam, neque ad vllam peccatorum remissionē etiam pro tempore, quo in gratiæ statum redierit, vt alter Thom. ibidem declarat. XIII. inferitur ratio, ¶ quare Papa, & alij prælati concedentes aliis indulgentias, eas, sibi quærunt: faciendo ea, ob quæ facta aliis concedunt. Ratio enim illa, quam reddit August. ab Anch. vbi supra. quæst. 29. arti. 2. quamque sequuntur Caieta. & Felyn, vbi supra. col. 8. scilicet, quod potest dare alij potestatem absoluendi se, confutata fuit supra notab. 20. nu. 9. Quædam item alia ratio per Cal. in d. cap. Nostro. col. 18. & 19. facile confutari possent: Sed vera ratio est, quam tangit idē Calderinus col. 18. scilicet, quod indulgentia non est remissio pœnæ, per viam sententiæ: sed per modum dispensationis. Cuius rationis ratio est, quod non omnis indulgentia est absolutio, & ita sententiæ: sed absolutio, vel compensatio, per prædicta. Et quamuis nemo in sese possit sententiam dicere, neque per consequutionem seipsum absolute: l. penulti. ff. de recept. arbit. potest tamen compensare, & de thesauro communis, eo modo, quo aliis, sibi haurire. Non obstat argumentum illud Calder. scilicet, quod prælati non possunt concedere indulgentias, nisi suis subditis. cap. Quod autem de pœni. & quod prælatus concedens non est sibi subditus: quod adeo nervosum sibi visum fuit, vt pro sua modestia dicere non erubuerit, se ibi velle doceri. Id autem ideo non obstat dixit quidam vir celebris, quod illi cap. non est locus in Papa. Sed replicari potest, esse saltem in aliis prælatis: & ita nullum prælatum alium à Papa, quærere posse sibi indulgentiam à se aliis concessam. Quod contra ferè omnes est. Deinde quod saltem ratio tex. scilicet, quod ideo indulgentia non prodest eis, qui eam concedenti

penitentibus non subsunt, quod non habet in eos iurisdictionem, comprehendit eum. Hæc enim ratio æquæ videtur comprehendere eum, ac alium: quia constat in sese iurisdictionem non habere. Quare ipse distinguerem inter indulgentiam directam pœnitentiæ iniunctæ, quæ principaliter est vera absolutio, quæque olim maximè erat in vsu: & indulgentiam indirectam iniungendæ, quæ principaliter est compensatio, per prædicta. Et c. Quod autem solum procedat in indulgentia priore: non autem in posteriore. XIII. inferitur, † indulgentiam directam de iniunctis pœnitentiis non prodesse concedenti. Quoniam illa solas iniunctas, non autem iniungendas, & nondum iniunctas, tollit, per prædicta in notab. II. nu. 12. Et nemo sibi potest concedere indulgentiam ab iniunctis: quia id esset sese absoluerè, per corollarium præcedens.

XXI. Notabile de requisita dispositione quæsituri indulgentiam vltra gratiam.

S V M M A R I A.

- 1 Indulgentiam quæsituro satis esse gratiam, sine proposito satisfaciendi: sed contra Caietan. nu. 2. & defenditur multis, nu. 3. sed satis est conditionale, nu. 13.
- 4 Aliena ope indignus, qui sibi non opitulatur.
- 5 Indulgentiam irrationabiliter volens peccat.
- 6 Christus non est passus, pro quibus non erat patiendum.
- 7 Satisfacere posse pro se an quis semper dicatur.
- 8 Pœnitentium duplex genus, & quamdiu pœnitendum, nu. 9. & pœnitentem, à verè pœnitente differre, num. 10. & pœnitere velle noua ratione utile, nu. 14.
- 11 Mortuis quæ non profit indulgentia, noua ratio.
- 12 Pœnitentia rogata spe redimendi eam indulgentiis, an profit?

XXI. Principaliter colligi posse videtur ex prædicta Extrauag. Vnigenitus. in verb. consequatur adiuncto notab. 17. 18. & 19. † quod ad quærendam indulgentiam ex parte adepturi, sufficit, vt sit verè contritus, imò & confessus, cum id exprimitur: & opus, vel onus pium à prælato præstitutum subeat, vel faciat, in statu gratiæ. Nihil enim aliud ex parte eius exigere videtur prædicta Extrauag. neque vllus alius canon: quin & conclusio Communis in 4. dist. 20. & Calde. in c. Nostro. col. 11. de pœnit. communiter recept. tria tantum exigunt ad indulgentiam quærendam. s. auctoritatem in concedente, habilitatem in quærente, & pietatem in opere.

Contrarium tamen affirmat Thom. † à Vio in primo tracta. de indulg. ca. penul. dicens in summa, necessarium esse præter prædicta, adepturo indulgentiam, & remissionem alicuius pœnæ, acceptasse à confessario agenda, aut

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

animo proposuisse agere tantam pœnitentiam, quanta illi pœna delenda sufficeret: aut certe illa esse mente, vt per sua bona opera, piasque passiones, ac labores, velit in hoc seculo Deo satisfacere: aut opus, ob quod indulgētia conceditur ad eò sit arduum, vt velle id ob illam quærendam subire, sit tantum, vel plus facere velle quàm pœna debita pro sua satisfactione requirat. Quod contingit in his, quibus ob mortem naturalem, vel ciuilem propter Christum optendam, plena conceditur indulgentia. Quæ opinio abhinc duodeuiginti annis, cum hunc. §. in celeberrima Salmanticensi Academia multis nominibus mihi semper suspicienda, in frequentissimo auditorio prælegerem, arridere cœpit. † Nunc autem etiam saltem de vtilissimo consilio perplacet. Non quidem ea ratione prima Thom. à Vio. s. quòd distributor prædicti thesauri per sacramenta, tanto est liberalior, quàm distributor per indulgentiam: quanto Deus est liberalior homine. Et quòd ad consequendam indulgentiam plenam, per distributionem sacramentalem non sufficit contritio, neque confessio cum gratia: ergo neque ad plenam per distributionem indulgentiarum. Hoc enim argumentum non concludit propositum. Quoniam, si illud concluderet, cuinceret etiam, non quæri indulgentiam plenariam etiam ei, cui esset mens omnino satisfaciendi: imò neque illi, qui condignam suis peccatis pœnitentiam iniunctam acceptasset. Quoniam, per absolutionem sacramentalem non condonatur tota pœna eiusmodi pœnitenti. Mouet me autem ad hanc opinionem tenendam, primo, quòd per eam suus honor indulgentiis seruatur, Christiani ad pœnitentiæ opera subeunda excitantur, obstruuntur ora in indulgentias debachantium, & suffragia ecclesiæ non contemnuntur, de liberatione sua solliciti eam consequuntur, & negligentes sui corporis pœnas pendunt, aut saltem diligentia aliorum fructum non percipiunt. Deinde mouet me, † quòd indignus est aliena ope, qui sibi non vult optulari, cum possit, iuxta leg. Bona fides. ff. deposit. & gloss. 2. & communem doctrinam in cap. Quæ in ecclesiarum. de constit. Cui alludit illud Apost. 2. ad Thessal. 3. *Qui non vult operari, non manducet.* Qui ergo pœnitens, etiam si gratiam Dei gratum facientem habeat, non vult, aut non curat, cum possit, satisfacere de reliquiis suorum peccatorum, siue de pœna, quam pro eis debet temporali, indignus erit ope aliena, & per consequutionem, vt ecclesia ei de thesauro prædicto subueniat. Tertio, quòd vicarius, & delegatus alicuius nō debet facere id, quòd principalis non faceret. cap. Super literis. de rescript. At Christus non iuraret suis satisfactionibus eum, qui corperet, & sibi subuenire negligeret, iuxta illud Matth. 24. & Marc. 13. *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit.* IIII. quòd qui † irrationabiliter vult sibi distribui indulgentiam, peccat, & indignus se facit ea. Quoniam, vt in 19. not. dicebam, per actum, qui malus est, etiam venialiter tantum, ea quæri nequit. At qui pœnitens, etiam Dei amicus, pro pœna per eum personaliter luenda, cum possit, non vult pro se redimendo, laborem perferre, & vult Christum, & seruos eius pro eo pati, irrationabiliter id vult. Quoniam perinde se habet pœnitens Purgatorii grauissimis pœnis obnoxius, ad thesaurum prædictum, & eius dispensatorem: ac debitor pœna verberum, & grauium cruciatuum, qui pecunia, vel alio

alio labore leuiori, suo, vel amicorum suorum eam redimere posset. Ac si is habitu corporis ad labores apto, & pecuniosus nollet suo se labore, vel pecunia à tam grauibus cruciatibus redimere: sed uellet, & peteret, ut suus amicus omnem laborem ad id necessarium subiret, vel pecuniam omnem solueret, irrationabiliter profectò id uellet & peteret, ac per consequutionem peccaret, saltem uenialiter. V. quòd non obstat huic rationi dicere, quòd Christus,

† & eius sancti iam sunt passi, & ita huiusmodi pœnitens non uult eos pati: sed passionibus eorum per ecclesiam ei dispensatis frui. Quoniam illi non sunt passi, pro quibus non erat patiendum: & ideò, si pro pœnitentibus pro se redimendis satisfacere negligentibus non esset patiendum, non sunt etiam pro eisdem passi. VI. quòd ex ærario publico non debet succurri eis, qui, cum possint de suo æs alienum soluere, nolunt. Quoniam per id daretur materia negligentia, ac delicti, contra. c. Ex parte. de consuetud. & l. Conuenire. ff. de pact. dota. Ergò neque ex thesauro satisfactorio ecclesie, qui quoddam ærarium publicum est, solui debet pro pœnitentibus potentibus quidem, sed nolentibus per se soluere. Et ne dicas, hanc rationem concludere, nemini ferè largiendam esse indulgentiam, eo quòd ferè nemo est, qui, si uelit, non possit pro suis peccatis satisfacere. Ne, inquam, hoc dicas, considera, quòd qui non potest commodè facere, dicitur non posse. l. Nepos Proculo. ff. de verb. signifi. & quòd aliquod tempus uitæ exigitur ad pœnitentiam peragendam: & quòd in nullius potestate est uitæ duratio: & quòd quis, etiam si uelit, non potest illico satisfacere: & quòd difficilis est satisfactio: & per consequutionem rari essent, qui commodè, & quàm citò uellent, satisfacere possent: cum tamen omnes illico possint uelle id facere tempore competenti, & quàm citò commodè poterunt. VII. quòd † pœnitentium alij sunt, qui contenti gratia, & amicitia Dei, negligunt liberationem à pœnis Purgatorii. Alij diligentes, qui non contenti qualiquali amicitia, & gratia diuina, proponunt in hac uita satisfacere iustitiæ diuinæ, quòd illis terribilibus pœnis liberentur: quibus solis uidetur concedi indulgentia. Quippe qui uerè dicuntur pœnitere, eo quòd non solum carent actu contrario pœnitentiæ: sed etiam habent actum uirtualem eius: nempe uoluntatem iuste pro pœna satisfaciendi: Et indulgentia non omnibus pœnitentibus: sed tantum uerè pœnitentibus conceditur, ut prædicta duæ Extrauag. exprimunt. † Facit, quòd, ut ait Thom. 3. parte. q. 84. art. 8. pœnitentia exterior durare deberet usque ad determinatum tempus, secundum mensuram peccati, id est, usquequo satisfieret pro pœna temporali peccato condonato debita, saltem honestatis debito. Postremo facit, quòd secundum antiquam indulgentiarum formam, solæ pœnitentiæ iniunctæ relaxabantur: & ita illæ, quæ taxatæ erant, & quas pœnitens implere decreuerat: Et ideo licet per nouas formas, præsertim plenariarum indulgentiarum, aliquando etiam pœna, cui tollendæ idonea pœnitentia, & taxata non est acceptata, tollatur: tamen non uidetur tolli, nisi ea, cui tollendæ idonea proponebatur facienda. Nam iniuncta pœnitentia duo significat, taxationem pœnitentiæ, & animum eam implendi. Quorum alterum saltem, scilicet propositum faciendi pœnitentiam tantæ pœnæ diluendæ idoneam, requirere uidetur indulgentia.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

Non obstat, quòd prædicta Extrauag. neque vllus alius canon requirat aliud ex parte adepturi indulgentiam, quàm prædicta tria, vel quatuor. Contritionem, confessionem, cum id exprimitur, & operis, vel oneris pij factionem, vel subitionem in statu gratiæ. Tum, quia id negari potest. Tum, quia hoc satis exprimit prædicta Extrauag. dum indulgentiam non omnibus: † sed tantum verè pœnitentibus concedit, per illud *verè* id, quod dicimus, significans, vt in 6. fundamento tangebamus. Tum, quia canones antiquiores, & forma indulgentiarum antiqua, qui de relaxatione iniunctarum pœnitentiarum agunt, satis id ipsum innuunt, vt in vltimo fundamento tangebam. Tum, quia rationes nec vofæ de sacris literis, & de iuris, & boni, & æqui prudentia decerptæ, id ipsum euincunt. Itaque in ea sum opinione, vt satis putem solertem disputatorem posse quidem ad hæc argumenta coloratè in hominum etiam doctòrum theatro respondere: coram Deo verò, & in scrinio conscientiæ sereno, minimè. Quare tamen si non damno diuersæ partis fautores: certè omnes etiam atque etiam rogo, & adhortor, vt hanc opinionem amplectantur, eam concionentur, populo que ad indulgentias querendas prono, eam etiã nò vt necessariam, valde tamen vtilem & vfitandam suadeant, & ad concipiendos animos satisfaciendi pro peccatis suis in hac vita, pro viribus cohortentur: moneantque ipsum, hanc esse regiam, tutissimamque ad indulgentias querendas viam: hanc animo Christiano dignissimam: ideoque ad eam omnes accingere se debere. At si qui sunt ad eò degenerate animo, vt in hanc sese attollere non curent: hi demum communem illam ingrediantur: ita, vt omnes hac, vel illa, in indulgentias querendas magno animo, & fiducia ferantur.

- 11 Ex his inferitur primo † noua ratio dubitandi de indulgentia mortuis concessa, an illis prosit? Nam si indulgentia non prodest etiam illis viuuis, qui non proponunt satisfacere Deo pro peccatis suis, dum viuunt, minus proderit mortuo, qui sine huiusmodi proposito è vita migravit. De quo in notab. sequenti dicemus. II. inferitur, non sufficere animum satisfaciendi factum: sed oportere esse verum. III. veriorem videri opinionem † prædicti Thom. à Vio, quàm
- 12 Adria. quatenus ille opinatur, & affirmat, parum, aut nihil prodesse pœnitenti rogare confessarium, vt ei grandes pœnitentias iniungat, quo per indulgentiam de iniunctis pœnitentis concessam illæ sibi remittantur, nullatenus id aliàs rogaturus: imò neque impositas suscepturus, nisi certus esset, eas sibi per indulgentiam mox esse remittendas. Quia, vt inquit ille, eiusmodi pœnitens non habet animum pro se satisfaciendi, neque per iniunctas, neque per alias. Quæ ratio solum concludit in eo, qui vere non vult satisfacere: sed simulat velle. Id eò credo opinionem Adriani procedere posse, cum pœnitens ea mente rogat confessarium grauium pœnitentiarum iniunctionem, vt eas vere velit facere, si nulla indulgentia iuuetur: quanuis speret se per aliquam illas redempturum. Nec obest, quòd destitutus illa spe id non proposuisset, modò cum illa, vel sine illa id verè proponat facere * per quod soluitur etiam id quòd prædictus Sotus, vbi supra concordans Adriano post hæc nostra scripta prædicto Caiet. obiecit. * IIII. consequitur, † satis esse, etiam secundum opinionem Caiet. vt indulgentiam quæras, habere propositum conditionale satisfaciendi per alia opera, si per indulgentias non iuueris: licet non habeas propositum
- 13

14 positum satisfaciendi eis quæsitis. V. consequitur, † rem esse multò vtilissimam, tum aliò nomine, tum etiam indulgentiarum quærendarum, velle, ac conari, nunc ieiuniis, nunc precibus, nunc eleemosynis, & aliis operibus, & laboribus iustis, redimere se à pœna in Purgatorio alioqui luenda.

X X I I. Notabile de indulgentia, an, quæ, & quando, & quo modo mortuis proficit.

S V M M A R I A.

- 1 Mortuo non queritur huius anni indulgentia: & quare. nu. 2.
- 3 Mortuis paradisi, inferni, & limbi indulgentia non prodest, nec purgatorij, si detur ab inferiore Papa nu. 4. nec data à Papa per modum autoritatis nu. 5. nec etiam per modum suffragij. nu. 8. nisi ut in n. 10.
- 6 Papa nec soluit, nec ligat mortuos, & nu. 9.
- 7 Voluntas non est profecto in indulgentia: idem in notab. 16. nu. 4.
- 11 Anima purgatorij, in quo cum beatis, & in quo nobiscum cõmunicant.
- 12 Thesaurus ecclesia communicari potest mortuis, ut viuis.
- 13 Indulgentiam prodesse per modum suffragij, non est, quod sentit Calder. sed quod dicitur nu. 21. & potest sic viuis prodesse. nu. 23. Imò frequenter sic prodest. nu. 24.
- 14 Suffragium auxilium ecclesiasticum est hic, & triplex quod defunctis datur nu. 15. & nec satisfactorium prodest eis via iustitiæ, secundum Caiet. nu. 16. contra quem tenetur. nu. 18. & quod omnibus defunctis proficit. nu. 44. contra Caieta. nu. 43.
- 17 Forum animæ separatæ aliud à nostro.
- 19 Suffragia ex se non satisfacere, secundum iustitiam: sed attenda diuina acceptione sic.
- 20 Indulgentia via iustitiæ prodest mortuo, contra Caietanum.
- 22 Indulgentiam absoluere indirectè, quid?
- 25 Indulgentia, quæ absolutio, & quæ compensatio, & quæ vtraque. nu. 27.
- 26 Iudex non absoluit directè à sententia superioris: licet pro eo soluendo indirectè possit.
- 28 Indulgen. per modum suffragij non minoris effectus quam alia: ut hac quoad diuersos: imò & diuersa eiusdem peccata, diuersa est, nu. 29.
- 30 Mortuus querit indulg. factò viuentis mali.
- 31 Malus nec pro se, nec pro alio, nisi ministerialiter satisfacit.
- 32 Indulg. alius viuis alij viuo quando querit.
- 33 Indulgen. à Papa concessa mortuo simpliciter audita eius morte, an, &

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

quando valeat.

- 34 Indulg. mortuo simpliciter concessa videtur per modum suffragij, & non directa absolutio. nu. 35.
- 36 Indulg. causa eam precedere potest.
- 37 Papa amicitia cur morienti utilis, & cur non potest pro libito vacuare Purgatorium.
- 38 Mortuo, qui viuens noluit satis facere, an prosit indulgen. & illam ei querendam ab amicis, nu. 39.
- 40 Morientes bene expresse, vel tacite integrè velle pœnitere, idque sufficere ad indulg. nu. 41.
- 42 Morienti utilis voluntas Deo satisfaciendi, ob duos respectus nouos.
- 44 Christi descensu ad inferos qui Purgatorio liberati, & nu. 48.
- 46 Suffragia potentiora indulgentijs in quo, & suffragio posse iuuari, non esse premium accidentale, nu. 47. licet Christi descensu liberari tale fuerit. nu. 49.
- 51 Suffragia letus faciet hac, & hac reputans.
- 55 Suffragia sunt pro mortuo post indulgentiam plenariam, ob quinque nouas rationes, & tres antiquas.

XXII. Principaliter colligo ex d. Extrauag. Vnigenitus. in 12. notab. transcripta, in verbo (Quicumque voluerit.) hanc huius anni iobelei indulgentiam

- 1 non posse quæri mortuis. Tum, quia illi ordinaria saltè potestate, nequeunt facere id, quod hic dicitur, sine quo illa non quæritur, iuxta dicta in notab. 19. Per quam rationem satis hoc affirmat Augu. ab Ancho. vbi supra, questio. 30.
- 2 arti. 3. Tum quia nulla indulgentia ¶ extenditur ad mortuos, nisi concedens eam expresse ad eos extendat, secundum mentum Thom. in 4. d. 45. questio. 2. arti. 3. & aliorum omnium. Quod procedit etiam, si quis viuus pro mortuo Romam adiret, & id, quod hic dicitur, efficeret. secundum Calderin. in d. cap. Nostro. col. 20. de pœnit. & merito. Nam si quis viuus pro altero viuo Romam adiret hoc anno, & faceret huic indulgentiæ quærendæ necessaria non quæreret illam illi, secundum omnes.

An autem concedens extendere possit eam ad mortuos? quæstionis fuit

- 3 olim non mediocris. Et ¶ primò quidem dico, inter omnes conuenire, non posse ad mortuos cœlicolas. Quia non habent, quibus expientur sordes, neque quibus soluantur, vincula, argu. cap. Cum Marthæ. de celebra. miss. & cap. Tempus 13. questio. 2. cum eis annotatis. Neque ad pueros in limbo detentos. Quia non habent, qua Christi membra fiant, charitatem. Neque ad omnino damnatos: Quia in inferno nulla est redemptio, vt canit ecclesia, & probatur Iob. 10. & cap. In præsent. §. Verum, & c. sequenti. 13. questio. 3. II. dico ¶ conuenire debere inter omnes, mea sententia, quòd inferior Papa non potest indulgentiam extendere ad mortuos purgatorij. Tum, argu. cap. Cum ex eo. de pœnit. Tum, quòd nunquam videtur in hæcenus factum. Tum, quòd etiam

non

non parum dubitatum extirrit an Papa id efficere possit, iuxta latissimè congesta per Feli. vbi supra, col. 7. Tum, quòd hoc sensit Inno. iiii. in cap. Quòd autem de pœnit. & Cardinal in hoc §. In leui. n. 71. III. dico etiam † Romanum Pontificem non videri posse concedere indulgentiam mortuis Purgatorij, per modum autoritatis, iudiciariæ potestatis, absolueno eos directè, vt concludit Calder. in d. cap. Nostro col. 20. & Cardi. hic art. 6. & Richardus communiter receptus in 4. dist. 20. artic. 3. q. 3. Tum per cap. Verbum de pœnit. dist. 1. ibi

6 *Dominus par in soluendi voluit esse, & ligandi*: Sed Papa † non potest autoritate iudiciaria ligare illos, qui sunt in Purgatorio: Ergo neque soluere. Tum, quia quoties Roman. pontif. concedit indulgentiam pro mortuis, toties addit, per modum suffragij, quasi diceret, se non directè absolueno: sed indirectè, soluendo pro eis, eos iuuare. Tum, quòd indulgentia per modum autoritatis, non prodest illis, qui concedenti non subiacent d. cap. Quòd autem de pœnit. Nec illis, qui non faciunt illud, ob quòd ea datur, licet voluntatem faciendi habeant. Quàmuis enim quoad præmium essentialè, non potenti operari, voluntas pro facto sit cap. Magna de pœnit. d. 1. non tamen quoad præmium accidentale, † nec per consequentem, quoad remissionem pœnæ, per indulgentiam obtinendam, vt in notab. 19. num. 4. diximus. Mortui autem purgatorij, non sunt iurisdictionis prælatorum ecclesiæ, vt innuit illud domini ad Petrum, Math. 16. & cap. Quòd cunque 24. q. 1. *Quòd cunque solueris super terram*. Per illud enim *super terram* visus est restringere potestatem eius ad hanc vitam mortalem viuentes. Quòd etiam innuit cap. A nobis 2. de senten. excomm. Non possunt etiam facere, saltem lege communi, quòd continet forma indulgentiæ: Quia etsi ob orationes pro aliquo principe, vel aliquo speciali negotio ecclesiæ faciendas, concedatur, & illi orare possint: id tamen illi nesciunt, nisi speciali reuelatione. Etsi per eam, vel quia fortè dum viuerent no-
 8 uerunt, id scirent, & orarent: non tamen † esset eis ita pœnalis illa oratio, ac vitam mortalem viuentibus, secundum Richard. vbi supra. *Quæ ratio concludit non posse quæri mortuis regulariter indulgentiam, etiam à Papa, etiam per modum suffragij, concessam.* Addo, † quòd Ioha. Maior in 4. dist. 20. q. 2. col. 8. ait, in senatum doctorum Parisiensium ad discutiendos quosdam articulos dubios coactum, allatam fuisse vnã propositionem cuiusdam Iohan. Angeli huiusmodi tenoris. *Anima in purgatorio existentes sunt de iurisdictione Papa: & si ille vellet, posset totum purgatorium euacuare.* De qua senatum ita censuisse testatur: Hæc propositio est in se dubia, & ad mentem afferentis, per modum iurisdictionis & ordinariæ potestatis, de falsitate suspecta, & scandalosa, & nullatenus populo publicè prædicanda. Nec obstat, quòd, vt Gabr. in cano. lec. 57. L. ait, Pius secundus, Sixtus quartus, & Innoc. octauus concesserunt visitantibus ecclesiam Sanctonensem facultatem liberandi singulas animas è purgatorio: Et quòd Calixtus tertius hoc concessit in Hispania ecclesiæ Tyrazonensì: Et quòd idem legitur de Paschasio quinto, cuius factum vndecim pontifices confirmarunt, vt in literis authenticis in introitu facelli ecclesiæ Sanctæ Praxedis Romæ haberi dicitur: Idemque concessum esse visitantibus ecclesiam Sancti Laurentij extra muros. *Quoniam, vt ipsemet ait, omnes addiderunt illam clau-*

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

- fulam, per modum suffragij, IIII. dico, inter plerosque omnes conuenire,
10 quòd † indulgentia Papæ, prodest mortuis existentibus in purgatorio, per
viam suffragij. Tum, quòd Innocen. communiter receptum in cap. Quod autem,
in verb. (Iudice) de pœnit. & remiss. dixit, non esse negandum, indulgentiam,
quam Papa concederet defunctis, eis prodesse: Et non prodest eis per
11 modum autoritatis, vt prædictum est: Ergo proderit per viam suffragij. Tum,
quia † animæ purgatorij, sicut communicant cum ecclesia triumphante, in
impotentia peccandi: Ita communicant cum militante, in sustinenda pœna, &
cum vtraque in charitate: & ideo videtur, quòd ecclesia militans, potest eos
iuuare, tanquam sibi coniunctos per charitatem, & quàm maximè auxilio eius
indigentes: vtpote qui sunt in statu, in quo non possint pœnam assumere vo-
luntariam, per quam citius ad visionem admittantur beatificam. Potest, in-
quam, iuuare per sua suffragia, & per indulgentias per modum suffragiorum.
Tum, quia meritum thesauri ecclesiæ, quod per indulgentias dispensatur, ma-
ius est, quàm meritum vnus singularis personæ, vt in notab. 13. habitum est: at
meritum singularis personæ, prodest existentibus in purgatorio. cap. Animæ
13. quæstio. 2. ergo multo magis eis proderit indulgentia. Tum quòd nulla ratio
12 reddi potest, quare thesaurus † satisfactionum, de quo in notabili 13. applicari
potius possit viuus, quam mortuis purgatorij, secundum Thomam receptum
13 in 4. d. 45. quæst. 2. arti. 3. V. dico † indulgentiam ideo dici prodesse mortuis per
viam suffragij, secundum mentem Calder. vbi supra; quòd ita prodesse potest
vuius mortuo, per acquisitionem eius, ac per aliud opus pium: Verbi gratia:
Sicut vnus audiens vnâ missam: vel faciens eleemosynam ea mente, vt ea
auditio, vel eleemosyna alicui mortuo prosit, proderit ei: Ita etiam acquisitio
indulgentiæ ea mente facta, vt illud bonum opus acquirendi sibi indulgentiam,
prosit alicui mortuo, proderit illi. Quod (vt videtur) ille hausit ex dictis
Richardi, vbi supra. Quæ tamen declaratio videtur falsa, & omnino respuen-
da. Tum, quia nimium restringit indulgentias mortuis concessas. Tum, quia
secundum hanc sententiam nulla indulgentia plena prodesset mortuis. Quod
est contra concessiones multorum Romanorum Pontif. supra relatas. Tum,
quia indulgentia concessa per modum suffragij tam grandis est, ac concessa
directe per modum autoritatis quoad effectum, secundum Gabr. lect. 7. L. di-
cente Thoma. in 4. dist. 45. q. 2. arti. 3. nullam rationem reddi posse, quare eccle-
sia transferre valeat merita communia, quibus indulgentiæ innituntur, in vi-
uos, & non in mortuos: subditque non inferri ex hoc, quòd prælatus ecclesiæ
possit pro suo libito animas à purgatorio liberare. Quia, vt indulgentiæ va-
leant, requiritur causa conueniens indulgentias faciendi.
- 14 Aliter ergo, quàm Calde. sentiat, rem declaraturi † dicimus primo, verbum
(suffragij) prædictæ clausulæ; idem in hoc proposito significare, quod ver-
bum (auxilij) & sumi pro auxilio ecclesiastico, quod per opera pia, defun-
ctis datur: ideoque concedere indulgentiam mortuis per modum suffragij,
esse concedere, vt illi iuuentur eo modo, quo piis operibus iuuari possunt.
Ex verborum enim loquentis significatione, deprehenditur mens eius l. La-
beo. ff. de supell. leg. l. Non aliter. ff. de leg. 3. capi. Propterea, de verb. signi. Di-
cimus secundo, modum auxiliandi defunctis per indulgentiam, ad modum
suffragij, quia est auxilium instar suffragij, non posse satis intelligi, nisi prius
intelligi!

intelligatur, modus auxiliandi eisdem per pia opera, arg. l. In testamento. ff. de condit. & demonstr. † Modus autem auxiliandi defunctis per pia opera, triplex est, secundum Cardinalem Caietan. tractat. 2. de indulg. q. 5. Primus, merendo per ea illis de congruo tantum, auxilium liberationis. Secundus, impetrando precibus illud. Tertius, satisfaciendo pro illis, per pœnalia operum passionem. Et quia, ut dictum fuit in notab. §. indulgentia, quatenus indulgentia est, non est meritoria, neque impetratoria: sed satisfactoria: consequitur suffragium, vel auxilium indulgentiæ, non esse per modum suffragij meritorij, vel impetratorij: sed satisfactorij. Dicimus tertio, prædictum † Caieta. affirmare, quod auxilium suffragiorum ecclesiæ, & per consequutionem, auxilium indulgentiæ, via gratiæ, seu misericordiæ, & non iustitiæ, deducitur ad defunctos. Primo quidem, quod in omnibus ferè suis suffragiis, ecclesia orat Deum, ut per suam diuinam misericordiam, & gratiam, ea sint ei accepta pro liberandis animabus, quibus suffragatur. Secundo, quod pœnæ huius seculi, secundum Thom. 3. part. q. 46. art. 6. alterius generis sunt, quàm pœnæ animarum separatarum: sicut pœna pecuniaria est alterius rationis, quàm pœna seruitutis, vel sanguinis. Et idè videtur, quod sicut seruitus non redimitur pecunia, secundum iustitiæ rigorem: sed secundum domini acceptationem: Ita pœnæ animæ separatæ, pœnis nostris non redimuntur, secundum iustitiæ rationem: sed secundum diuinæ misericordiæ dispensationem. Tertio, † quod alterum est forum, in quo nos patimur, & alterum altius, in quo animæ separatæ patiuntur. Nostrium enim est mite, quasi canonicum, vel ciuile: illud verò rigorosum, & quasi sanguinis, & criminale. At pœnæ ciuiles, & canonicæ non sufficiunt ad liberandum quem à pœna sanguinis. l. In seruorum. ff. de pœnis. Quarto, quod Degradatio de pœn. lib. 6. cum eis annotatis, & ita in forum sanguinis decedit, non potest liberari pœnis Pontificiis, vel ciuilibus, secundum iustitiæ rigorem, ut ibidem habetur: ergo nec pœnæ nostræ sufficient, secundum iustitiæ rigorem ad satisfaciendum pro pœnis animarum separatarum: ad quas in illo rigoroso, & sanguinis foro damnatæ sunt. Hæc tamen opinio † noua mihi videtur, & relinquenda. Tum, quia est contraria menti Richardi, & Thomæ, ac Communis in 4. dist. 20. & dist. 45. Tum, quia Gregorius in c. Animæ. 13. q. 2. affirmat, animas defunctorum quatuor modis solui, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum elemosynis, aut ieiunio cognatorum. Tum, quia Augustinus in Enchir. relatus in cap. Tempus. 13. q. 2. ait, negandum non esse, defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elemosynæ fiunt in ecclesia. Quin & mox subiicit, hæc prodesse eis, qui cum uiuerent, hæc sibi, ut postea possent prodesse, meruerunt. Quod ipsum ait in lib. de cura pro mortuis agen. relatus in c. Non æstimemus. 13. q. 2. Tum, quia ipsemet Caietan. fatetur ibidem, vnum uiuum pro alio uiuo via iustitiæ satisfacere: Ergo & pro mortuo. Quia in vtroque est eadem ratio, scilicet charitatis communio, ut asseruit etiam Ioh. Metinens. in Codi. de satisfactio. q. 5. Tum, quia eius opinio teporem quandam, ab officiis funebribus retrahentem, inducere videtur. Neque obstant argumenta eius, etsi primo aspectu sint neruosa. Ad primum enim concedo, quod ecclesia

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

petit, vt Deus sua misericordia, & gratia, suscipiat suffragia pro defunctis oblata: Sed nego ex eo sequi, quòd non satisfacit via iustitiæ. Tum, quia idem petit ecclesia de suffragiis, quæ pro viuis facit: attamen ipse fatetur, viuum pro viuo via iustitiæ satisfacere. Tum, quia illa petitio ecclesiæ respicit † suffragia secundum suam naturam considerata; secundum quam neque illa, neque vlla alia opera nostra, sunt meritoria, neque satisfactoria de condigno, & via iustitiæ, iuxta illud Apostoli ad Roman. 8. *Non sunt condigna passiones nostra ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, vt declarat Thomas communiter receptus. 1. Secund. quæst. 114. artic. 3. Quin & licet considerata, vt manant ex gratia Spiritus sancti, sint meritoria de condigno, & inducant iustum simpliciter quoad mercedem, iuxta illud 2. ad Timoth. 4. *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex*. Quoad tamen Deum retributorem, non inducunt iustum simpliciter: sed paternum, vel dominatum, vt ipsemet Caiet. dixit in d. art. 3. Et ita hoc quoque respectu, id potest ecclesia petere. Ad secundum concedo, quòd pœnæ nostræ in sese considerata, deficiunt à ratione pœnarum purgatorij: sed considerata, prout procedunt à gratia, & secundum acceptationem diuinam, æquipollent eis. Ad tertium concedo, forum animarum separatarum esse altius foro nostro, quoad multa: sed non quoad hoc, attentâ diuinâ acceptatione: & quòd pœna minor, hic voluntariè assumpta, æquipollet maiori ibi coactè toleratæ. Concludendum igitur videtur, auxilium suffragiorum ecclesiæ quatenus est satisfactorium, prodesse defunctis via iustitiæ: quamuis quatenus est meritorium, vel impetratum liberationis eorum, sola via gratiæ nitatur. Dicimus quarto, † etiam indulgentias via iustitiæ defunctis prodesse: quia profunt per modum suffragij ecclesiastici satisfactorij: quod prodesse via iustitiæ nunc diximus. Cuius etiam contrarium tenet Caietanus vbi supra, ea ratione noua, quòd indulgentia defunctis conceditur per modum suffragij, vt patet ex concessionum formis: viuis autem per modum absolutionis, vt patet de pœnit. & remissio. c. Quòd autem. Et non alia ratione, secundum eum, quàm quia nos, qui viuimus sumus subditi Pontifici, & pœnæ nostræ ad forum presentis vitæ spectant: & propterea seruatis seruandis indulgentia ad nos defertur via iustitiæ, per iudicis actum, scilicet absolutionem: Defuncti autem, quia extra hoc forum manent, nequeunt à Papa absolui. Sed hæc ratio nil concludit. Tum, quia falsum est ea ratione, quam dat ille, Rom. Pontif. vt illa diuersitate. Tum, quia supra in notabil. 20. demonstrauimus, non omnem indulgentiam, quæ viuis conceditur, esse principaliter absolutionem in compensatione fundatam: sed aliquam esse principaliter compensationem operantem consequenter absolutionem: eam. s. quæ fit de pœnitentiis non iniunctis: & hanc, & illam, quæ fit defunctis, eiusdem esse generis. Non obstat etiam similitudo, quam ille adducit de principe, qui ex sui regni, vel ciuitatis ærario publico depromeret pecuniam ad liberandum omnes suos ciues, vel regnicolas ære alieno grauatos: quorum alij in suo dominio, alij in alieno propter id seruituti addicti essent. Quo casu, licet princeps ex publico ærario autoritatiuè nummos pro vtrisque dispensaret, & degentes in suo dominio iudicialiter liberaret; degentes autem alibi

alibi non posset, nisi per modum auxiliij, alterius gratiam, ac absolutionem expectando. Non, inquam, hoc obstat. Tum, quia argumentatur à similitudine duorum principum omnino separatorum, ad duos, quorum alter est vicarius alterius: qui, dato, quòd non sit vicarius, quoad existentes in purgatorio respectu potestatis iudicandi: est tamen respectu potestatis iuuandi per suffragia satisfactoria: quorum de numero est thesaurus satisfactionum superfluarum Christi, & sanctorum, de quo in notab. 13. Tum, quia argumentatur de principe, qui non promisit verbo, nec declarauit facto, se accepturum pecuniam pro redemptione subditi alterius principis sibi ab eo missam: ad principem, qui vel promisit, vel saltem facto declarauit, se accepturum satisfactiones viuorum pro redemptione mortuorum. Tum denique, quòd princeps, de quo loquitur, non potest ciues iam verè factos seruos, intra suum dominium existentes, iudicialiter, vt ipse putat, liberare, contra l. Id quod. ff. de reg. iur. Dicimus

21 ergo postremo, † quòd ideo dicitur indulgentia mortuis concedi, per viam suffragij: quia conceditur, vt prosit eis eo modo, quo suffragium ecclesiasticum satisfactorium prodest. s. satisfaciendo pro debito eorum, & soluendo pœnas ab eis debitas, Christi, & sanctorum satisfactionibus in ecclesie thesauro reconditis. Et quia non conceditur, vt absolutio iudicialis; sed vt compensatio extraiudicialis. Ex his inferitur primo, quòd nulla indulgentia potest mortuis concedi per modum absolutionis iudicialis. II. Papam iuuare quidem posse defunctos indulgentiis eo modo, quo ecclesia, cognati & amici iuuant eos suis

22 suffragiis satisfactoriis: & ita absoluere eos indirectè, † hoc est, soluere quod ipsi debent: quòd consequitur diuina absolutio: Iurisdictionem tamen absoluendi eum directè nullam in eos habere: sicut nec ligandi, vllam habet potestatem. III. posse Papam † concedere indulgentiam viuus per modum suffragij. Qua enim ratione potest mortuis, eadem, & fortiori potest viuus. Cui consequens est, concessionem indulgentiæ mortuorum non addi per Papam clausulam, per modum suffragij, ad significandum, se non posse viuus per eundem modum concedere: sed ad denotandum se non posse concedere illis, per viam ab-

24 solutionis iudicialis. IIII. non † solum posse Papam concedere indulgentiam viuus per viam suffragij: sed etiam frequentissime id facere. Licet enim

25 † cum Caietano contra Communem arbitrer, non omnem indulgentiam esse principaliter compensationem, & consequenter absolutionem: ita cum Comuni contra eundem credo, non omnem indulgentiam esse principaliter absolutionem: sed aliquam esse principaliter compensationem, vt in notab. 20. probabam. Indulgentiã enim, quæ ab iniuncta, & acceptata pœnitentia quem absoluit, quatenus ab ea absoluitur, arbitror principaliter esse absolutionem ab illa sententia, & vinculo iudicis humani: licet fundetur in compensatione, & solutione debiti per applicationem thesauri ecclesie facta: Et licet, quatenus absoluit à sententia, & condemnatione Dei, potius sit compensatio extraiudicialis. Indulgentiam verò, quæ liberat quem non à condemnatione hominis pœnitentiam imponentis: sed à condemnatione Dei damnantis ad tantam purgatorij pœnam; etiam viuo concessam, arbitror esse principaliter compensationem: & solutionem: licet consequenter pariat diuinam absolutionem.

26 Tum, quia à † superioris sententia, & condemnatione inferior absoluere

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

directè nequit, arg. l. Præses. ff. de minor. c. Vt nostrum. de appellat. Tum, quia de quo non cognouit iudex, non pronuntiat l. De qua re. ff. de iudi. c. Cum super. de caus. poss. Quamuis pro condemnato à superiore, etiam debitum incognitum possit soluere inferior, & priuatus quilibet. l. Soluendo. ff. de neg. gest. l. Inuito. C. de solut. l. Solutionem, & l. Si pro me. ff. cod. & ita indirectè absolueret. Quod ecclesia facit, dum quempiam à pœnitentia non iniuncta liberat. Quibus consequens videtur id, quod in notab. 20. dicebam, † indulgentias plenarias partim esse directas absolutiones in compensatione fundatas, partim directas compensationes absolutionem parientes. V. inferitur † inter indulgentiam per modum suffragij concessam, & inter eam, quæ simpliciter conceditur, non esse illam differentiam, quam aliqui putant. s. quòd altera sit maioris effectus, altera minoris: Sed quòd illa nunquam est principaliter absolutio; hæc autem sic, licet nonnunquam sit solum compensatio principaliter, & nonnunquam principaliter absolutio quoad vnum, & principaliter compensatio quoad alium. Et nonnunquam principaliter absolutio † quoad partem peccatorum vnus; & principaliter compensatio quoad partem peccatorum eiusdem. Quoniam eorum, qui aliquam indulgentiam plenariam quærunt, alij debent pœnitentias iniunctas, & alij non, & alij debent pœnitentiam iniunctam pro alijs peccatis, & pro alijs non. V I. indulgentiam tum demum mortuo prodesse, cum forma eius id habet, & ab aliquo viuo fit illud, propter quod mortuo illa conceditur. Nec refert, † an viuus, qui id facit; sit in statu gratiæ, vel peccati lethalis, vt August. ab Ancho. vbi supra. qu. 32. art. 4. eleganter probat, & sequitur Felin. vbi supra, col. 8. Non obstat, † quòd malus non potest satisfacere pro se, secundum Thomam in 4. distinct. 15. q. 1. art. 3. neque pro alio, secundum Palud. in 4. dist. 45. q. 1. col. 3. communiter receptus. Tum, quia in proposito nostro non satisfacit malus. sed facit illud opus, ob quòd Papa satisfactionem Christi, & aliorum sanctorum defuncto impertit. Tum, quia etiam malus potest ministerialiter satisfacere pro alio, cuius mandato fecit elemosynam, vel aliquid aliud boni, vt dixit Palud. communiter receptus in ead. col. paulo superius. Tamen hæc ratio non concludit, vt præcedens. V I I. quòd, † licet vnus pro alio nequeat indulgentiam quærere, quando id eius forma non habet; potest tamen, quando ea id haberet. Si enim viuus mortuo eam quærere potest, cum eius forma id habet: à fortiori viuus viuo poterit, per prædicta, arg. c. Cum in cunctis. de electio. Auth. Multo magis. C. de sacros. eccles. V I I I. dubitari posset, † an illa indulgentia plena, quæ dicitur à quodam Papa concessa cuidam magistro Parisiensi, audita eius morte, eo quòd Parisius defendisset, Papam posse indulgentiam mortuis concedere, valeat? quamuis de eius valore non dubitet Felin. vbi supra, col. 8. neque Alexan. Lombard. quem ipse citat in 4. dist. 20. neque alius (quem meminimus): dubitari autem merito potest. Tum, quia non dixit, se concedere illam per modum suffragij. Tum, quia videtur directè voluisse absolueret. Tum, quia nemo viuorū fecit aliquid, ob quod ei tanta indulgentia concederetur, Quibus tamen non obstantibus, arbitror eam valuisse, si in statu gratiæ obiit. Tum, quòd audio, alios quoque Papas similia effecisse erga quosdam, qui de Sede Apostolica bene meriti mortem obierunt: & iustum est, vt Romani Pontificis acta, quoad eius fieri poterit, de

rit, defendamus, arg. cap. 1. 40. distin. Ad primum contrariorum respondeo, Papam quidem, vt supra d. & im est, non posse concedere indulgentiam mortuo aliter, quàm per modum suffragij: Sed non esse necessarium, vt ipse dicat, se
 34 per illum modum concedere. Nam eo ipso, † quòd simpliciter concedit indulgentiam mortuo, per eum modum, qui valere potest, videtur concedere: & non per modum, qui valere non potest, arg. l. Quoties idem sermo ff. de reg. iur. & l. Quoties ff. de reb. dub. l. Quotiens ff. de verb. oblig. Ad secundum nego, eum directè absoluerè voluisse, per iura proximè citata. Ad tertium nego, nullum viuum fecisse id, ob quod ea indulgètia defuncto data fuit: Quia ille ipse, cum viueret, fecit. Ex quibus solutionibus pulchra inferas.

IX. ex prædictis solutionibus inferuntur noua quædam, & singularia hæcenus non tacta: Nempe indulgentiam à Papa mortuis simpliciter cõcessam, intelligendam esse per modum suffragij, vt res potius valeat quàm pereat: Et
 35 quòd in dubio Papa non † videtur velle absoluerè mortuum directè: sed indirectè ad modum supra declaratum: Et quòd indulgentia mortuo concedi potest ob ea, quæ ipse viuens digna illa fecit: Et quòd † licet indulgètia requirat
 36 iustam cõcedendi causam, vt diximus in notab. 15. non tamen requirit causam, quæ indulgentiæ concessionem consequatur: sed satis est, quòd eam præcedat.
 37 Et quòd amicitia Papæ, non solum multis aliis nominibus est vtilissima viuentibus: sed etiam isto est multo vtilissima morientibus.

X. inferitur, omnia, quæ necessaria sunt viuentibus ad quærendam indulgentiam, etiam morientibus esse necessaria. Cui consequens est conclusio Thomæ communiter recepti in 4. dist. 45. scilicet Papam non posse pro libito euacuare purgatorium animabus in eo detentis.

XI. inferitur, quòd videtur non posse concedi: † indulgentia omnibus defunctis purgatorij, si teneamus opinionem Caieta. supra in notab. proximo defensam scilicet quòd ei solum potest indulgentia prodesse, qui, vel tantam pœnitentiam sibi iniunctam acceptauit, vel tantam non iniunctam proponit in hac vita facere, quanta sufficit ad delendam pœnam per illam indulgètiã condonandam. Quoniam non omnes incolæ purgatorij acceptarunt, neque decreuerunt in hac vita tantam pœnitentiã agere. Quæ conclusio non solum videtur elici ex prædicta conclusione Caieta. quam affirmat in 1. tractat. de indulg. q. penult. sed etiam in specie asseritur ab eod. in 1. tract. de thesauro indulgen. q. 5. Equidem, vt magis inclino in priorem conclusionem in præcedenti notab. defensam non quidem tanquam necessariam, sed tãquam vtiliorem & dignam quæ valde vsuaretur quàm in Communem ei contrariam: Ita etiam
 39 magis & ad eundem eff. & placet hoc corollarium: † tamen si, vt ibi adhortabatur omnes, etiam non habentes propositum in hac vita pœnitentiam suis peccatis condignam agendi, vt indulgentiis quærendis operam darent: Ita nunc quoque adhortor omnes, vt pro omnibus defunctis, quos non constat esse beatos, vel perpetuo damnatos, vel limbo add. & tos, satagent eas quætere. Et eo quidem magis, quòd vna, & non minima rationum, quæ me mouebant ad suadendum, non quæri indulgentiam ab eo qui non vult agere penitentiã, erat, vt omnes verè, & integrè ad pœnitendum conuertemur. Quæ ratio in de-
 40 functis cessat, arg. cap. Qualis 25. q. & c. 1. 26. q. 7. Eo item † magis, quo rariores

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

- sunt defuncti purgatorij, si repentinam mortem non obierunt, qui voluntatem satisfaciendi integrè pro peccatis commissis expresse, & formaliter vel
- 41 saltem æquipollenter: aut virtute seu virtualiter non conceperint. Quod † videtur sufficere, arg. l. final. ff. mand. & cap. Licet ex quadam. de testi. Et quia etiam ipsemet Caieta. ait, eum quærere indulgentiam, qui decreuit facere id, ob quod ea datur, quando est maioris pœnæ, quàm pœnitentia pro peccatis suis sumenda. Quod nulla ratione alia defendi satis potest, quam quia eiusmodi homo virtualiter, & tacite decreuit integrè pœnitere. XII. inferitur, vtilissimum † persuadere ægrotò, & iamiam morituro, vt concipiat animum
- 42 Deo satisfaciendi pro peccatis in hoc seculo, si vita ei supersit. Tum, quia is post talem mentem conceptam, absolutus plenariè, per bullas ad id idoneas, plenariam in illo mortis articulo indulgentiam consequetur, secundum omnium opinionones. Tum, quod viuorum suffragiis, & indulgentiis pro mortuis concessis iuari poterit, secundum omnium opinionones. Cum tamen alij, qui id animo non concepit, neque viuo in mortis articulo absolutio plena fieri, neque mortuo indulgentia quæri possit, secundum opinionem Caieta. quæ memorabilis, & quotidiana duco. XIII. inferri videtur alia conclusio Caiet.
- 43 in d. tract. de thesauro indulg. q. 5. scilicet † non omnibus defunctis purgatorij suffragia ecclesiæ specialia pro eis facta, prodesse. Nam primo, si indulgentia, tam quæ, vel magis efficax remedium est, quàm alia suffragia, & conceditur per modum suffragij, non prodest eis, minus vel non plus proderunt illa. Deinde, quod Aug. in lib. de cura pro mort. agend. relatus in cap. Non æstimemus 13. q. 2. ait, suffragia non prodesse omnibus defunctis: sed his tantum, qui dum viuunt cooperantur, vt profint. Et idem in Enchiridio, relatus in cap. Tempus ead. cap. & q. ait, suffragia eis tantum prodesse, qui cum viuerent, vt postea prodesse possent, meruerunt. Quibus locis satis apertè videtur asserere Augusti. non omnibus mortuis, nostra suffragia prodesse. Tertio facit, quod meritum, vt suffragia, post mortem profint, non est meritum præmij essentialis: sed accidentalis: At non omnes, qui præmium essentialiter merentur, continuo merentur accidentaliter, vt colligitur ex 4. dist. 49.
- 44 Quarto facit, † quod Thom. in 3. parte q. 52. artic. 8. ad primum, in hæc verba scripsit: *In Christi descensu ad inferos non solum liberati sunt illi, quorum tempus purgationis aduenerat: sed etiam illi, qui ob specialem in hac vita deuotionem, ad Christi aduentum meruerunt, vt Christo visitante, liberarentur.* per quæ verba satis apertè significauit, accidentaliter merito huius vitæ tributum, vt pœnæ remissio in purgatorio accelerata fuerit. Non † obstantibus tamen his contrarium videtur tenendum. Primum, quod suffragia vnius viui cui libet iusto viuo, pro quo fiunt, profunt. Et non alia ratione, quàm quia ambo sunt vnius corporis membra per charitatem coniuncta, secundum omnes: Et omnis mortuus purgatorij iustus est, & viuo iusto charitate coniunctis: Ergo suffragia viui, qua ratione profunt viuo iusto, proderunt & mortuo iusto, arg. cap. 2. de traslat. prælat. l. Illud ff. ad l. Aquil. Deinde, quod etiam ipsemet Caiet. fatetur, suffragia generalia ecclesiæ omnibus mortuis purgatorij prodesse: Ergo à fortiori specialia. Cum in hac materia specialia plus profint ei, pro quo fiunt, quàm generalia huic, vel illi, secundum Communem in 4. dist. 45. vt latè tradidi-
- 45 mus in

mus in cap. Non mediocriter de consecra. dist. 5. Ad primum fundamentum Caietani respondeo, t. id non procedere secundum communem opinionem, 46 secundo, etiam secundum suam, † non esse eandem rationem indulgentiæ, & suffragiorum, quoad hoc. Nam ratio præcipua, quare secundum eum indulgentia non prodest cuilibet defuncto purgatorij, illa est: quòd Christus, & sancti, qui plus, quàm debebant, passi sunt, non videntur habuisse intentionem animi ad communicandum illa superflua his, qui nolunt per se dignam pœnitentiam in hoc seculo facere. At cum quispiam viuus mortuo purgatorij suffragium aliquod præstat, constat de intentione animi eius, quòd id illi velit applicare. Ex quo colligitur, hoc respectu potentius esse suffragium indulgentiæ: licet potentior sit indulgentia suffragio, eo alio, quòd assumpta à malo pro defuncto, prodest ei: licet suffragium mali non profit, vt infra num. 50. tangetur: & supra num. 30. est tactum. Ad secundum concedo, August. in illis duobus locis sensisse, suffragia non posse omnibus mortuis. Quoniam non profunt omnino beatis, vel damnatis, neque intra limbum perpetuo detineatis: Sed nego, quod vir grauissimus, ac sanctissimus senserit ea non prodesse omnibus purgatorij. Quoniam omnibus, qui non sunt valde mali, nec valde boni, profunt, secundum eundem in cap. Tempus 13. q. 2. & cap. Cum Martha §. Tertio, de celebratio. miss. & inter omnes ferè theologos in 4. distin. 45. & canonum peritos, in d. c. Tempus & in d. §. Tertio, conuenit, omnes, qui sunt in purgatorio loco esse mediocriter bonos, & mediocriter malos: quamuis in 47 ratione reddenda cur ita dicantur, sint varij. Ad tertium concedo, eum, † qui præmium essentiale beatitudinis meretur, non continuo quidem mereri alia præmia accidentalialia: sed nego facultatem, vt suffragia viuorum profint mortuo, esse tale præmium accidentale mortui: sed potius quiddam annexum charitati, commune viuo, ac mortuo, vt in primo nostro fundamento tetigi. Nam quemadmodum ait Gregorius in cap. Animæ 13. q. 2. *animas solui suffragiis cognatorum, & amicorum.* Ita inquit Theodorus in cap. 1. 26. q. 7. *amicorum orationibus, & elemosynarum studiis, pondus pœnitentiæ egroti, qui pro se non 48 potest satisfacere, subleuandum.* Ad quartum † respondeo primum, aliquos, in quorum opinionem inclinât Richard. tenere in 3. distin. 22. quòd per Christi descensum ad inferos, omnes animæ purgatorij fuerunt ab eo liberatæ: vt omnes in carcere coniecti, nouo aduentu principis solent liberari. Quod certè mihi persuasum habeo: & hoc dicenti, nihil obstat Thomæ dictum à 49 Caiet. citatum. Secundo responderi † potest, aliud esse de remedio illo extraordinario, quod nunquam nisi semel contigit, neque vnquam contingeret amplius, vt habeatur pro præmio quodam accidentalialium de remedio suffragiorum ordinario, quod nunquam cessat. XIII. inferitur noua ratio, † 50 quare suffragia fiunt pro mortuo, posteaquam in articulo mortis plene fuit absolutus, vel post mortem, qua sita ei aliqua indulgentia plenaria. Est etenim illa, quod fieri potest, vt indulgentia non profuerit ei, saltem, quoad effectum tollendi totam pœnam purgatorij: secundum opinionem Caiet. eo quòd viuens non habuisset iustum, & sufficiens propositum pro tota illa Deo satisfaciendi. Alteræ ratio etiã noua, colligi potest ex his, quæ in notab. 9. dicebamus scilicet quòd non omnis plena indulgentia tollit omnem pœnam in purgatorio luendam:

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

imò neque omnis plenior, licet plenissima sic regularit. r. Quod maximè memorabile est. Tertia etiam ratio, & noua colligi potest ex notabil. 15. scilicet quòd etiam plenissima non liberat plenissime, nisi causa, ob quam ea conceditur, sit ad id sufficiens. Quarta etiam noua colligi posset ex opinione Caieta. supra relata scilicet quòd indulgentiæ via gratiæ, & non iustitiæ profunt mortuis: & ita non est certum, à Deo eam pro mortuo fuisse acceptatam. Quod etiam sensit Gabriel, vbi supra. Cuius tamen contrarium supra defendimus. Ad quam tamen opinionem tollendam expedit facere, quæ nocere nequeunt, licet non prosint, arg. cap. Non æltimemus 13. q. 2. Quinta etiam noua, defumi potest ex ea opinione, quæ habet, indulgentiam assumptam à viuo malo pro mortuo, non prodesse illi, sicut neque suffragium prodesset: & ita cum de nemine viuente sciatur, an sit in statu gratiæ: non potest etiã sciri, an indulgentia ab eo pro mortuo accepta, profuerit ei. Nos tamen contrarium illius opinionis supra tenuimus. Aliæ verò antiquæ, quas post alios latè prosequitur Gabriel in lectio. 57. P. sunt, quòd fiunt ad gratiarum actionem: Sicut etiam pro puero recens baptizato mortuo, fiunt suffragia, non quidem ad expiationem animæ illius: sed ad gratias agendas, vt docuit Alexander. 4. part. q. 42. artic. vlt. Fiunt item ad augendum gaudium accidentale mortuorum, qui regnantes in cælo, plurimum gaudent: quòd amici eorum tam pia pro eis agentes Deo gratiores fiant: & quòd Deus honoretur: & quòd animæ aliæ purgatorij iuuentur. Itaque indulgentia ad solam accelerationem liberationis animæ à pœnis Purgatorij, prodest. Suffragia verò & quoad hoc: licet non ita efficaciter, ac illa, & quoad alia multa & facienti, & eis, pro quibus fiunt, profunt. † Quæ omnia qui Christianus animo satis reuoluerit, & lætè indulgentias cognato, & amico mortuo quæret, & lætius suffragia faciet, fierique curabit. Vtraque quidem, vt celerius ab illis horrendis pœnis liberetur: suffragia verò etiam vt gaudium accidentale quoddam perpetuum eis accrescat, & aliæ animæ iuuentur: & anima suffragiis ditescat, gratiorque Deo fiat: & eius diuina maiestas honoretur. Quin & eo lætius suffragabitur, quo probabilius si qui fuerit, animam amici, vel cognati, liberam à pœnis, cælos incolere, reputans secum, quanta cum animi gratitudine, & quanto efficacius, quàm in purgatorio, illa beata anima incuria, ingrati tudinis nescia, pro eo ad regem regum, & patrem misericordiarum & Deum totius consolationis, & retributionis intercedet. Quæramus ergo defunctis sese iuuare nequeuntibus indulgentias, quæ ad eas extendantur, plenarias, & plenissimas: lætis eis suffragemur animis, vt lætiores illæ à pœnis liberæ, etiam atque etiam orent patrem communem, vt nos liberet à malis in terris, & cum eis locet in cælis Amen.

XXIII Notab. quod neque in Extrauag. Vnigenitus neque in aliis canonibus, sacris literis abutitur Papa contra maledicos.

S V M M A R I A.

- 1 *S. Thomæ gratia aguntur.*
- 2 *Papa abutitur sacris literis in canonibus hic, & alibi, secundum quosdā: quod est falsum, num. 4.*
- 3 *Indulgentia nemo fit amicus Dei: sed iam factus, per eam citius consummatur, nu. 7.*
- 5 *Amicitia Dei duplex.*
- 6 *Thesaurus sapientiæ diuinæ multa continet, & in his merita Christi, ut satisfactoria, num. 8.*
- 9 *Papatus per quæ verba promissus, & per quæ datus: & eo vacante non carere ecclesiam sponso, pastore, & rectore: sed vicario eius, nu. 13.*
- 10 *Intell. etus. c. In nouo & c. Quamuis. 21. dist.*
- 11 *Intell. etus. c. Translato. de constit.*
- 12 *Sacerdotium non esse translatum propriè à Christo in Petrum: sed impropriè: & ita intelligendam glo. c. Translato, nu. 14.*
- 15 *Verbum, transferre, pro concedere nonnunquam.*

XXIII. Loco admoneo, quiddam parergon, & excessiuum materiæ indulgentiarum. Tum, quia intellectum multorum canonum tangit. Tum, vt gratias pro mea virili habeam, diuo Thomæ † Aquinati, cuius scholæ insignis discipulus alter Thomas à Vio, eius solidam doctrinam, & summam erga sedem Apostolicam & eius canones obseruantiam, sequutus, dextere canones in hoc articulo ac alibi sæpe tutatur. Est ergo parergon, & parum ad indulgentias pertinet, aliquos dixisse, † per hanc Extrauag. Romanos Pontifices in suis canonibus abuti solere sacra scriptura: eo quòd hæc Extrauag. abuti videtur illa scriptura libri Sapientiæ cap. 7. *Infinite thesaurus est hominibus, quo qui vti sunt, participes facti sunt amicitia Dei.* Quandoquidem † nemo vli thesauri istius, de quo hæc Extrauag. loquitur, efficitur amicus Dei. Quoniam per indulgentias, quatenus tales sunt, neque efficimur amici Dei, neque meremur, vt in 5. notab. diximus sed eius antea facti amici, soluimus id, quod debemus, vt in notab. 17. habetur. Id ipsum confirmant, per c. Quamuis. 21. dist. quatenus habet *Romanam ecclesiam esse prælataam cunctis ecclesiis Euang. voce Matth. 16. Tu es Petrus, & c.* Ectamen constat per illam domini sententiam non esse Petrum prælatum cæteris: sed per illam Iohan. 20. *Pasce oues meas.* Tertio confirmant per cap. In nouo. 21. dist. in illis verbis: *In nouo testamento post Christum dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi primo pontificatus in ecclesia datus est. domino dicente ad eum: Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo ecclesiam meam, & porte inferi non praualebunt aduersus eam: & dabo tibi clausus regni cœlorum.* Quarto, quod in cap. Translato. de constit. affertur authoritas Apostoli ad Hebræos 7. *Translato sacerdotio necesse est, vt translatio quoque legis fiat,* ad probandum, sacerdotium esse translatum à Moysè in Christum, & à Christo in Petrum. Constat autem impium esse, dicere sacer-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

dotium translatum à Christo in Petrum: Abutitur ergo Apostolica Sedes in suis canonibus sacra scriptura, vimque illi infert.

4 Hæc tamen conclusio † falsa est, & animus per eam detrahendi Rom. Pon-
tif. ac subinde sacrosanctæ Sedi Apostolicæ longe pessimus. Neque Extrauag.
hæc, neque alia pro corollario adducta quicquam probant. Non primo hæc
Extrauag. Quia quoad tenus clarius loquendo quàm Caiet. loquitur in vlti. q.
5 lib. 27. quaestio. considero primum, † quòd duplex est amicitia Dei. s. consum-
6 mata, quæ erit in patria: & non consummata, quæ est in via. Secundo, † quòd
thesaurus sapientiæ diuinæ, de quo loquitur illud c. 7. Sapient. est thesaurus Chri-
sti: qui est diuina sapientia, & fons omnis sapientiæ: multa que continet, actus.
s. sapiendi, secundum Deum, & merita Christi, quatenus sunt meritoria, & ca-
dem, quatenus sunt satisfactoria, & alia multa. Tertio, quòd nullo thesauro v-
tens, particeps amicitæ Dei consummata fiet, nisi in eo vsu vsque in finem
perseuerauerit. Quarto, quòd licet nemo vtatur thesauro indulgentiarum, nisi
7 sit amicus Dei amicitia viæ. † tanto tamen prius fiet particeps amicitæ Dei
consummata, quanto sua debita prius tolluntur, per indulgentias. Ex quibus
8 constat, † quòd thesaurus indulgentiarum verè est thesaurus diuinæ sapientiæ,
meriterum. s. Christi, qui est diuina sapientia, quo qui perseueranter vsi sunt,
9 participes amicitæ Dei consummata sunt effecti, tanto citius, quanto tardius
fuisent effecti, si eo thesauro non fuissent adiuti. Ad secundum † cōcedo cum
10 glo. 1. d. c. In nouo. approbata ibi per omnes, quòd per illa verba non fuit datus
pontificatus maximus Petro: sed promissus. Datus enim fuit per illa *Pasce oues
meas*, Ioan. 20. At quia Christus est via, veritas, & vita. Ioan. 14. & cap. Si enim.
col. 2. de pœnit. dist. 2. vbi tres glossæ breues quàm breuissimæ, & scitissimæ id
11 exponunt: ideo † eo ipso, quòd illa autoritas quàm Petro fuisse promissum
illum pontificatum: probat consequenter etiam fuisse datum: & hæc est mens
Anacleti in d. c. In nouo. & Pelagij in d. cap. Quamuis. per quod etiam soluitur
tertium. Ad quartum, nego Roman. Pontifi. probare, vel sentire voluisse per
12 illud ca. † Translatio. de constit. sacerdotium à Christo translatum esse in Pe-
trum. Tum, quia illa verba illius. c. non sunt Papa: sed August. Tum, quia secun-
dum Pan. & recentiores, per illam autoritatem solum intendit Gregorius 9.
probare, legem in vno casu loquentem extendendam esse ad connexa. Quod
in sese verum est, & ibi probatur. Tum, quia secundum Anton. ibidem, quem
sequutus fui Salmanticæ abhinc 25. annis, * & à tempore huius recognitionis
30. * intentio Gregorij fuit probare, legem condendi potestatem, esse penes
13 Papam: eo quòd sacerdotium esset translatum in Christum, cuius ille est vica-
rius. Quæ aptior lectio est. Neque obstat, quòd glof. ibi dicat, † sacerdotium
fuisse translatum à Christo in Petrum: & quòd ibi glof. nemo carpat. Quia non
est credendum glof. loqui de translatione, per quam Christus desineret esse
summus sacerdos: † cum passim à canonibus, glossis, & doctoribus omnibus,
Papa appelletur eius vicarius c. Quanto. & c. Licet. de translato. prælat. Eius, in-
quam, vicarius, & Petri successor. c. r. de homic. lib. 6. Cumque gloss. memorab.
in verb. *consonam* Clemen. Ne Romani. de electio. ab omnibus vbique rece-
pta, dicat, vacante Sede Apostolica non esse ecclesiam sine sponsio, pastore, &
rectore quia Christus ipse est sponsus, pastor, & rector verus, & proprius: &

- 14 Papa vicarius eius, quo tunc vacat. † Bernardus ergo glossator doctissimus, cum dicit in gloss. illius. c. quod translatum est sacerdotium de Christo ad Papam, & doctores eum non carpentes, non sunt intelligendi, sensisse de translatione, qua potestas de vno in alium ita transfertur, vt non remaneat penes priorem: sed de ea, qua posterior fit prioris vicarius. Quo modo loquendi vtuntur dicentes: quod potestas episcopi transfertur in vicarium eius. † Nam verbo, transferre, pro, concedere, etiam Iuriconsultus videtur vsus in l. i. ff. de offic. præf. & præ. secundum gloss. l. i. ff. de constit. princ. in verb. *Concessit.* & in §. Sed & quod principi, Instit. de iur. natur. gent. & ciu. Valeat ergo remerarij apud semetiplos sapientes, nitentesque suæ prudentiæ, qui sacrorum canonum, eorumque authorum autoritatem, contra ius, fasque eleuare nituntur. Quod qui fecerunt omnes in varios errores turpiter deciderunt.

XXIII. Notabile, & tenor Extrauag. Quemadmodum quæ 4. est de pœnit. & remiss. & à quo die iobeus incipitur.

S V M M A R I A.

- 1 Iobeum annum in 25. primum Paulus 2. mutauit: qui à vigilia Natiuitatis incipit, num. 2.
3 A. præpositio excludit: sed non hic, num. 4.

XXIII. Principaliter infero eam partem Extrauag. Quemadmodum. quæst. 4. est in tit. de pœnit. & remiss. quæ nostro proposito inferuit, vt inde 24. notba. eliciam.

Extrauagans. Quemadmodum. de pœnit. & remiss. quæ est in ordine. 4.

S I X T V S Q V A R T V S.

Q uemadmodum, & infra: Olim fœlicis recordationis Paulus Papa secundus prædecessor noster, rationabilibus causis tunc expressis inductus, annum iobeum ad breuius tempus, nempe ad annum 25. Apostolica autoritate restrinxit, ac voluit, statuit, & decreuit ex causis prædictis, quod singulis 25. annis iobeus annus prædictus celebrari deberet: quodque à vigilia Natiuitatis domini nostri Iesu Christi idem annus iobeus inciperet, & vt sequitur, finiretur. Et deinde nos, qui (dicto prædecessore, sicut domino placuit, sublato de medio) fuimus diuina disponente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti: & per alias nostras literas eiusdem Pauli

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

prædecessoris ordinationem, voluntatem, & statutum approbantes similiter statuimus, & ordinamus, quod annus Iobeleus prædictus, cum eisdem indulgentiis, & remissionibus plenariis peccatorum, anno proximè futuro, à vigilia Natiuitatis incipere, & vt sequitur, continuari debere. Verum quia postmodum tam nos, quàm idem Paulus prædecessor noster multorum principum, & aliorum Christi fidelium pullati precibus, diuersas indulgentias, & peccatorum remissiones plenarias nonnullis ecclesiis, monasteriis, & piis locis duximus concedendas, propter quas populorum forsan concursus ad basilicas, & ecclesias antedictas retardari, aut ipsius anni Iobelei celebritas minui, vel intermitteri posset cum animarum non modico detrimento. Nos, ne propter aliarum indulgentiarum hætenus à nobis, seu eodem Paulo, vel aliis prædecessoribus nostris concessarum, huiusmodi concessionem, hoc sanctum opus, ac remissionis, & gratiæ annus Iobeleus intermittatur, aut fideles ipsi à tanto munere reddantur expertes, remediis opportunitis providere volentes, omnes, & singulas plenarias etiam ad instar Iobelei, ac etiam commutandi vota, aut super eis, & malè ablati incertis, aut per vsurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis dispensandi, & componendi, aut illa sub certis modo, & forma remittendi, & deputandi confessores cum potestate absoluendi: etiam in casibus Sedi Apostol. reseruatis, facultates, concessionem, & indulta à nobis, & eadem Sede, vel illius auctoritate, quibuscunque ecclesiis, monasteriis, hospitalibus: & piis locis, vniuersitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quàm ad certum tempus, in vita, seu in mortis articulo, quouis modo, aut quauis causa, quomodolibet concessas, & concessa, & in posterum forsitan concedendas, vel concedenda auctoritate Apostolica, tenore præsentium de Apostolicæ potestatis plenitudine, vsque ad nostrum, & eiusdem Sedis beneplacitum suspendimus; illasque durante beneplacito nostro, & Sedis prædictæ suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari: indulgentiis tamen basilicarum ecclesiarum dictæ vrbis in suo plenario robore durantibus. Distinctius inhibentes alias indulgentias, præter istas duntaxat, in locis publicis, vel priuatis, prædicari, aut nuntiari, earumque prætextu à quæstoribus aliquid exigi quoquo modo. Quinimo quæstores, & prædicatores quoscunque per locorum ordinarios à prædicationibus, & quæstis huiusmodi faciendis, volumus, & mandamus præsentium auctoritate arceri, sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum) & reliqua.

EX hac Extrauag. 4. colligo. 24. notab. quod sicut Bonifa. 6. 8. uisus fuit † primus, qui literis mandauit, Iobeleum annum singulis centenis annis celebrari, per Extrauag. 1. tit. de pœn. cuius tenorem notab. 7. inseruimus. Et sicut Clemens 6. fuit, qui primus statuit, vt singulis quinquaginta annis celebraretur, per Extrauag. Vniuentus. eiusdem tit. cuius tenorem in notab. 12. transcripsimus. Sic primus, qui ordinauit, vt singulis 25. annis celebraretur, fuit Paulus secundus, & primus, qui postea id probauit, & exequutus est Sixtus 4. Quorum vterque † itauit, vt inciperet à vigilia Natiuitatis Domini. † Vbi annorandum, quod licet præpositio illa, à, proprie sit exclusiua, ita quod dies, cui adicitur, non computetur in termino, iuxta gloss. memorabilem Clemens. Sicut de appella

appellatio. verb. Die communiter receptam ibi, & in cap. Super eo. 2. de appellatio. vt ibi late per Petrus. Prapofit. & Decium: Hic tamen non excludit. Nam, vt audio, in primis vespertis Natiuitatis Domini hic annus incipitur: & in eisdem reuoluto anno finitur. Nisi dicamus, vigiliam Natiuitatis Domini finiri quodammodo incipere vespertino eiusdem festi officio, ad quod vsque durat officij vigilia: † vel quod huius specialitatis causa sit materia subiecta, in qua dictio illa non solet excludere, arg. cap. 1. & 2. de feriis: quæ statuendo, vt dies dominici à vespera in vesperam obseruentur, non excludunt, imò includunt vesperam. Ex quo inferitur, rectè me dudum monuisse sanctorumiales quosdam: quæ volentes vti priuilegio dato à S. D. N. Iulio. 3. omnibus monialibus claustrum seruantibus, vt intra sua monasteria hoc anno indulgentiam iobeleam sibi quærere possent, perinde ac si Romam adiiissent, illius acquisitionem in diem Natalis Domini proximè futuram causa maioris deuotionis differre volebant. Eas enim monui, ne id facerent. Quoniam annus iobeleus ad illum vsque diem exclusiue esset duraturus, per hanc Extrag. in hoc mihi singularem: & ita dies ille sanctissimus non esset futurus pars huius anni iobelei. * Adde his adiecta infra in 32. notab. in glos. super verbo *vesperis*.

XXV. Notabile quòd anno iobeleo alia, & quæ indulgentia suspenduntur, & c.

SUMMARI.

1. *Iobelea indulgentia suspendit alias plenas tantum, nu. 2. licet omnium predicationes veter. nu. 5.*
3. *Causa finali cessante, lex cessat.*
4. *Gratia non extenditur per verba executionis.*
6. *Determinatio sequens ad omnia refertur.*

XXV. Principaliter noto illa verba *diuersas indulgentias* prædictæ Extrag. 4. transcriptæ in præcedenti notab. ad hoc, † quòd hoc anno iobeleo, & omnibus aliis similibus, suspensæ sunt indulgentiæ alia ab iobelea Romæ quærenda. Quæstionis tamen magnæ fuit hoc anno, an solæ plenariæ, an omnes alia etiam non plenariæ suspenderentur: Et quòd omnes sunt suspensæ, faciunt primo verba hæc *diuersas indulgentias* simpliciter prolata. Secundo verba illa *propter aliarum indulgentiarum* etiam simpliciter prolata.

III. quòd excipit à suspensione, indulgentias solas ecclesiarum vrbis. Quo verbo simpliciter prolato certum est includi plenarias, & nō plenarias: Ergo & regula, vnde illa exceptio facta fuit, etiam omnes alias, tam non plenarias, quàm plenarias videtur includere. Quia exceptio debet esse de regula, hoc est, de cōtenti sub significato verborum regulæ, secundum Dyn. in rubr. de reg. iur. lib. 6. Bart. in l. ff. eo.

III. quòd distictè prohibet prædicari hoc anno, alias indulgentias, præ-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

ter istas duntaxat: Ergo neque plenarias, neque non plenarias. Ponderandum enim videtur verbum *duntaxat* & verbum *preter istas*. V. facit, quod indulgentiæ concessæ, quo pleniores sunt, eo difficilius videntur tolli. Tum, quia maius præiudicium sit, eas, quam minus plenas, habenti. Tum, quia hic text. in illis verbis *plenarias etiam ad instar iobelei* significare videtur, quod reuocatis plenis non videretur reuocata plenissima, qualis est illa, quæ instar iobelei datur.

VI. quod per prædicta argumenta videtur addenda particula. *etiam* inter verbum *singulas* & verbum *plenarias* vt sit sensus: Suspendimus omnes, & singulas indulgentias, etiam plenarias.

2. His tamen non obstantibus † contrarium respondi, & quidem (mea sententia) verè. Quoniam primo verba, per quæ hic Sixtus 4. suspendit indulgentias, in effectu sunt illa *Omnes, & singulas plenarias, etiam ad instar iobelei*
3. *suspendimus*. At hæc solas plenarias includunt. Deinde, quod causa † finalis constitutionis cessante, etiam ipsa constitutio cessare videtur. Adigere §. Quamuis ff. de iur. patro. cap. Meminimus cap. Suggestum cum ei annot. per Panor. de appel. Sed causa principalis, quare suspenduntur hoc anno indulgentiæ, vt exprimitur in litera, est ne fideles retrahantur à peregrinatione Romana ob facultatem, quam habent querendi indulgentias domi. At hæc ratio cessat in aliis à plenariis. Tum, quia illæ vt plurimum, conceduntur de indulgentiis iniunctis: & ita nihil profunt non habentibus iniunctas, vt in notab. ii. num. 12. dicebam. Et horum de numero sumus ferè omnes. Quoniam omnibus paræ pœnitentiæ de more iniunguntur. Tertio, quod † verba posita in exequutione dispositionis non ampliât illam, iuxta tex. singul. Clem. I. de præbend. in princi. quatenus habet, gratiam, per quam habenti vnam dignitatem, conceditur altera simpliciter, nulla de cura facta mentione, non valere, si curam habeat annexam, etiam si in literis super ea gratia confectis sit inferiù, ne cura, si qua illis, vel alteri eorum imminet, negligatur: Ergo versic. *Districtius* huius Extrauag. cum solum respiciat exequutionem suspensionis huius Extrauag. non ampliât eam: Et ita omnium argumentorum pro altera parte neruositimum, clarè tollitur. IIII. quod in secundo responso illius Clem. I. videtur casus simillimus huic nostro ad hoc, quod versicul. *Districtius* non ampliât suspensionem superius factam. Habet enim illud secundum responsum, quod mandatum de prouidendo alicui de dignitate ad quorumcunque dispositionem spectante, non comprehendit dignitatem electiuam, etiam si in eod. inhibeat eisdem, ad quorum dispositionem dignitates pertinent, ne de vlla dignitate, etiam si sit electiua, disponant. Hæc ergo suspensio indulgentiarum plenariarum non extenditur ad non plenarias: propterea quod in eius calce inhibeat, ne vllæ aliæ indulgentiæ prædicentur. Faciunt etiam illa, quæ aiunt Pan. & Fel. in cap. Cum pro causa de sententia excommuni. & Felyn. in cap. Licet. col. 4. de for. comp. & in cap. In nostra col. 14. de rescr. & las. in l. Ius autem ciuile col. 2. ff. de iusti. & iur. & l. Qui Romæ §. Duo fratres col. 15. ff. de verb. oblig. & alij alibi. Adde noue † quod non habet hæc clausula, nullas alias valere: sed quod nullæ aliæ prædicentur. Quod est diuersum, & diuersa ratio. Nam prædicatio prohiberi potest, non solum, eo quod non valcant:

valeant: sed ne vulgus putet, eas tantum valere, vt ob eas omitat Romanas.

V. quod Sixtus hic narrans causam suspendendi indulgentias dixit, se, & Paulum concessisse diuersas indulgentias, & peccatorum remissiones plenarias: & determinationem illam, *plenarias* refertedo ad vtrumque verbum precedens, iuxta regulam cap. Secundo requiris de appellatio. significat, concessionem plenariarum indulgentiarum à se, & à Paulo factam, esse causam suspendendi: & ita non concessionem aliarum non plenariam.

Non obstant pro contraria parte citata. Non primum. Quia non dicit simpliciter diuersas indulgentias: sed diuersas indulgentias, & remissiones peccatorum plenarias. Vnde † referendo verbum *plenarias* positum in fine, ad vtrumque precedens: sicut verbum *diuersas* positum in principio, refertur ad idem vtrumque sequens, facit pro nobis, vt proxime argumentabar. Ad secundum respondeo, quod verbum *aliarum* debet intelligi de plenariis, propter arg. 2. pro nobis supra factum. Ad tertium dico, nihil aliud probare, quam quod per illam exceptionem excipiuntur plenariae vrbis Romae. Quod concedimus. Ad quartum dico, solutum esse in tertio, & quarto arg. pro nobis allatis: imò & in contrariam partem retortum. Ad quintum respondeo, id esse verum in dubio: & quando non militaret eadem, vel maior ratio tollendi maiorem indulgentiam, quam minorem. At hic res clara est, & maior ratio est tollendi plenas: quam alias, vt palam est. Ad sextum, quod illa additio mera diuinatio, & contextus violatio est.

XXVI. Nota. quod indulgentia instar iobelei est species plenae scilicet plenissima, &c.

S. V. M. M. A. R. I. A.

- 1 Indulgentia instar iobelei plenissima est.
- 2 Instar alterius tale, quale alterum: & an pereat cum eo, nu. 8.
- 3 Et iam, verbum implicat magis dubium.
- 4 Indulgentia ad instar aliarum, quod non expediatur, nisi, &c. ius exorbitans est: & an conscientiae, nu. 6.
- 5 Regula Cancell. qua danda.
- 7 Gratia signata perfecta.
- 9 Indulgentiarum instar aliarum moderatio Paul. 3.

XXVI. Principaliter noto illa verba *plenarias etiam ad instar iobelei* in d. Extrauag. 4. in notab. 24. transcripta, de poenit. ad hoc, † quod alia est indulgentia plenaria: alia instar iobelei. Sed hæc diuersitas non est rerum omnino separatarum: sed generis, & speciei. Quoniam plenaria est generis. Quia inter eam, & plenam nulla est differentia, nisi quod hæc est vox Latina: illa vero barbara, vt in not. 9. diximus, addendo, quod diuiditur in tres

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

species, plenam, pleniorē, & plenissimam: quas ibidem diffiniimus: Indulgentia autem instar iobelei, est species plēna, nempe plenissima. Quia indulgentia instar iobelei idem est, quod indulgentia instar indulgentiæ anni iobelei: & hæc videtur plenissima: Tum, quia citatio instar edicti prætorij in albo propositi, tantum ligat, quantum edictum prætorium in albo propositum, Clementi. 1. de iudi. † Et quod habet instar rei iudicatæ, virtutem habet rei iudicatæ, vt innot. l. Instar. C. de iur. fisci. lib. 10. Et priuilegia concessa vni Academia instar priuilegiorum alterius, perinde valent, ac illius priuilegia, secundum Bal. receptum in l. Omnia C. de episcopis, & cleri. Et prærogatiua expectantium instar descriptorum, tantum valet, quantum prærogatiua descriptorum: saltem contra alios, quam descriptos, vt præsupponit glo. regul. Cancell. Iul. 2. parte vlt. fol. 4. vbi, & in reg. 10. fol. pen. quædam de his notatu digna dixit. Facit, quod indulgentia instar iobeleæ concessa, est illa, quæ ad similitudinem illius conceditur. Id enim significat *instar* vt declarat Seruius super illo Vergilij *Instar montis equum, &c.* At hæc similitudo non potest assignari in alio, quam in plenitudine: Ergo erit plena, vt iobelea: & per consequentem plenissima. Postremo facit hæc Extrauag. quæ habet *plenarias etiam ad instar iobelei* non obscure significans, maiorem esse plenariam instar iobelei, quam plenariam simplicem: cum dictio *etiam* † implicatiua sit casus maioris, & magis dubij, iuxta l. Etiam ff. de minor. & Clem. Religiosus de procurat. & Clem. 1. de testam. & iuxta tradita vtrōbique per Card. & Maria. de visit. fol. 2. col. 3. Facit etiam, quod legatus missus cum potestare legati de latere, habet potestatem legati de latere: secundum Deci. consil. 149. col. 4. Ex quibus inferitur primo, quod reg. Cancell. 57. exorbitat à iure communi, quatenus statuit, † quod super indulgentiis concessis ad instar aliarum, non debent expediri bullæ, nisi specificentur: & ita gl. ibidem dixit, speciale esse id in illis. Is enim text. clare probat, esse indulgentiam plenam instar iobeleæ concessam, sine indulgentiarum iobelearum alia explicatione. Facit † etiam, quod illa reg. non est de *dandis*, secundum glo. eundem reg. Quia solam expeditionem *literarum* respicit, iuxta doctrinam Franc. Pauini. in prælud. Extrauag. Ioh. 22. col. 2. & Fel. in cap. Ex parte. de rescript. & Ludo. in fine q. 2. in proemio regulæ Cancellariæ. Quare si literæ super indulgentiis ad instar expedirentur, sine alia expressione, validæ iudicarentur indulgentiæ in eis contentæ: licet peti posset bullarum correctio, vt Francisc. Pauin. vbi supra, docet. Quæ tamen petitio cessaret, quando per eamdem expedirentur. Quia regulæ, expeditionem Cancellariæ respiciunt: & per eamdem expediuntur multa, quæ non expedirentur per Cancellariam, vt gl. sentit in prædicta reg. & etiam in 49. & 50. & ferè in omnibus regulis non dandis.

II. inferitur, † quod indulgentiæ datæ instar aliarum, videntur valere in foro conscientiæ, etiam ante literarum expeditionem attentò iure communi, non obstante illa regula, nisi aliquid noui adiecerit in suis Iulius tertius: quarum copia mihi nondum contigit, saltem quoad illa, quæ verosimile est Papam concessurum fuisse in specie. Quoniam omnis gratia † simul ac signatur, perfecta est, & valet cap. Institutionis 25. q. 2. & Clem. Dudum §. Nos enim de sepultura. cum aliis, quæ in repetitione cap. Accepta. oppo-

fit. 8. num. 29. de restitut. (spoliat. vtiliter dixi, & citant. III. infertur, quòd sublati
 8 tibus indulgentiis alicuius ecclesie, hospitalis, ordinis, vel societatis, non cen-
 ferentur sublata indulgentia concessa alij in star eorum. Sicut priuilegia con-
 cessa Academia Aurelianensi in star priuilegiorum Tholosanorum non tolle-
 rentur: licet Academia Tholosana perderet sua; secundum Bald. receptum in
 l. Omnia. C. de episc. & cleri. col. 2. Quoniam eiusmodi indulgentiæ non pen-
 dent ab aliis quoad conseruationem: sed quoad productionem. Quod aliis ver-
 bis obsecrationibus dixit Bald. ibidem distinguendo; an pendeant in essendo, an
 in fiendo: IIII. infertur, quæstionis esse hodie magnæ; an idem sit dicen-
 9 dum; & posteaquam Paulus tertius quandam moderationem promulgauit,
 quæ motu proprio, saltem certas indulgentias in star aliarum concessas restrin-
 xit; eamque omnibus literis super confraternitate factæ sancti corporis Do-
 mini expediendis inferi iussit, vt quotidie inferuntur. Quam forte in fine hu-
 ius repetitionis ad vtilitatem communem inferam & hanc quæstionem, si per
 tempus licuerit, tangam.

**XXVII. Notabile, quod potestas dispensandi, & com-
 mutandi vota differunt, & quod altera
 suspensa, vel concessa; altera non suspen-
 ditur, vel conceditur, &c.**

S V M M A R I A

- 1 *Voti dispensatio, & commutatio differunt, in quo, nu. 2. & altera suspen-
 sa, altera non suspenditur, num. 3. nec altera concessa, altera conceditur,
 num. 4. Quod male aliquos confessarij aduertunt, nu. 7.*
- 5 *Dispensandi actus odiosus, potestas non.*
- 6 *Argumentum à maiori negato ad minus negatum: & non ab equipa-
 rato quando valet.*

XXVII. Principaliter noto illud verbum *commutandi* d. Extrauag. 4. in
 1 24. not. transcriptæ, ad hoc, quòd suspensa, † vel data potestate commutandi
 vota, non censetur suspensa, vel data potestas super illis dispensandi, neque
 e contrario. Pro diuersis etiam hic ponuntur illæ duæ potestates. & à diuersis
 non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. c. 2. de translac. prælat. Et longe
 differunt commutare votum, & dispensare super eo, vt sensit glo. verb. Absol-
 2 ui. cap. Quanto. de iureiur. vbi latè probauimus, post vtrumque Tho. in 2. Sec.
 q. 88. art. 12. † ea præsertim ratione, quòd dispensatio materiam voti, & vincu-
 lum tollit, arg. §. Nisi rigor, sub. c. Requisis. 1. q. 7. Commutatio verò, solum mu-
 tat materiam eius: non autem tollit vinculum. Et dispensatio fieri non potest,
 nisi ob impedimentum voto adimplendo repugnans: commutatio autem sic,
 etiam ob bonitatem maiorem rei, in quam fit, vt eleganter declarat Thom. à

Vio in d. art. 12. & nos in d. c. Quanto, monstrauimus.

Ex quo inferitur, † quod si hæc Extrauag. solum suspendisset facultatē commutandi, vt ipse suspicatus fui, & dixi in quadam prælectione, ob literam, quā habeo vitiaram, non fuisset suspensa dispensandi potestas. Tum, quia longe sunt diuersa, vt dixi. Tum, quia sicut concessio potestatis dispensandi, est fauorabilis, iuxta gloss. sing. Clem. 1. de offi. vicar. † licet ipsa dispensatio, siue actus dispensandi sit odiosus. c. 1. & 2. de filiis presb. lib. 6. Ita per contrarium videtur odiosa sublatio potestatis ad commutandum, vel dispensandum, eo saltem respectu, quod est contraria iuri communi contento in regula. ca. Decer. de reg. iur. lib. 6. & per consecutionem, de vna re ad aliam non esset extendenda, arg. l. Cum quidam. ff. de liber. & posthu. & c. Odia. de reg. iur. lib. 6. Hæc tamen ratio, quæ quidam viro docto placebat, non est necessaria. † Quoniam etiam potestatum harum altera concessa, non videtur concessa altera: licet concessio sit fauorabilis, & non restringibilis, per prædicta.

Contra tamen hanc conclusionem facit, quod plus est dispensare, quam commutare, per suprascripta: Ergo, si per hanc suspensionem tollitur potestas commutandi, tollitur quoque potestas dispensandi. Quia, cui non licet minus, non debet quod plus est licere, arg. c. Cui plus. de reg. iur. lib. 6. & l. Non debet cui. ff. eo. II. contra prædicta facit, quod † dispositum in vno æquiparatorum, censetur dispositum in altero, l. vt tantum. ff. de seruo. corrupt. adiuncta. l. Si quis seruo. C. de furt. & est gloss. penult. in c. Si postquam. de electio. lib. 6. putata singul. à Panorm. in cap. 1. col. 4. de mut. peritio. & aliis alibi: quæ tamen similem habet in d. l. Si quis seruo. & in ca. Miramur. de tempor. ordinatio. & in cap. De multa. §. In eadem. de præbend. & in Clem. 1. verb. Sacerdotij. de offic. vicarij. Ad horum tamen prius respondeo, tunc demum videri negari, quod est maius ei, qui negatur id quod est minus, quando eadem ratio vtriusque negationem persuadet: alias non, vt probat. cap. 1. de tornen. adiuncta gloss. & gloss. recepta in d. regul. Cui plus. In commutatione autem, & dispensatione voti, non est eadem ratio. Tum, quia multi sunt, qui discernunt, an sit iusta causa dispensandi, qui nesciunt discernere rem iustam, in quam commutent. Tum, quia qui potestatem commutandi habet, potest arbitrari elemosynas, in quas commutet, quasque sibi colligat: quod habens solum potestatem dispensandi, non potest. Itaque est, cui credi posset dispensatio, & non commutatio.

Ad posterius autem nego, commutationem, & dispensationem parificari à iure simpliciter, per suprascripta.

II. inferitur, † malè facere multos confessarios, qui per literas Apostolicas, siue bullas solam potestatem commutandi vota facientes, solent super eis dispensare, vel mutare votum de vna re bona in minus bonam. Quod fieri nequit, sine aliqua dispensatione, vt super d. glo. d. c. Quanto. latius declaro, post Caietan. in d. art. 12.

XXVIII. Notabile, quod annus Iobeleus suspendit quinque, quæ ampliuntur octo

modis

modis, & angustantur quinque, cum multis quotidianis illatis.

S V M M A R I A.

- 1 Iobeleus annus quinque suspendit, quæ ampliatur 8. modis, num. 2. & angustantur quinque, nu. 8.
- 3 Facultas faciendi, & præceptum differunt.
- 4 Papa & Apost. Sedis, placitum differre.
- 5 Confratria à phratia Græco, non à fraternitate.
- 6 Articulus mortis ab alio tempore differt.
- 7 Papa priuilegia etiam remuneratoria, vel pretio data interdum renocat.
- 8 Incerta restituenda duplicia.
- 9 Confessarium deputandi potestas, sine facultate absoluendi à reseruat. Papa, hic non suspensa.
- 10 Factum, cum qualitate vetitum, non vetatur sine illa, nec pulsus à maiori, pellitur à minori, nu. 11.
- 12 Argumentum à remoto genere ad speciem validum.
- 13 Indulgentijs, & alijs priuilegijs collegiorum, vniuersitatum, & c. suspensis, non suspendi singularium, nec habentiũ confessionale, & bullas, n. 20.
- 14 Vniuersitas, & ciuitas aliud, quàm singulares ciues, vel collegia.
- 15 Moritur nunquam vniuersitas, vt singularis.
- 16 Absoluendi à reseruat. episcopo facultas non suspenditur hic, etiam à Papa facta, num. 7. nec absoluendi à reseruat. Papa nuncio quatenus est nuncius facta, num. 18.
- 19 Legatus est ordinarius extraordinariè.
- 21 Indultum edendi oua, lactificinia, habendi altare portatile, & c. hic non suspendi.
- 22 Lex non continet, quæ verba eius non continent, & quæ ad similia extendatur, num. 24.
- 23 Extendi non debet quod exorbitat à Iure.
- 25 Intellectus nouæ. e. Cum dilecta. de confir. util. vel inutil. & Extrauag. Quemadmodum. nu. 26.
- 27 Indulgentiarum suspensio Extrauag. Quemadmodum. etiam ad alios annos, quàm iobelei extendi, latè probatur, nec legi renocatam, nu. 31. sed conicitur renocata, vel modificata nu. 32.
- 28 Beneplacitum Papa, vel iudicio, vt durat.
- 29 Iobeleum ante annum conditam Extrauag. Quemadmodum. mensibus. 16.
- 30 Indulgentiarum quasi prodigium Sixtus 4.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

33 *Iobeleum annum limitare omnes indulgentias facultates, &c.*

XXVIII. Principaliter noto illa verba : *omnes, & singulas, & cetera*, vs-
que ad verbum *suspendimus* ad hoc, quòd quinque tantum † suspenduntur per
hanc Extrauag. Primum, indulgentia plenaria: Secundum, potestas commu-
tandi vota. Tertium, potestas dispensandi, super eis. Quartum, potestas dispen-
sandi, vel componendi super malè ablatis incertis, vel ea certo modo remit-
tendi. Quintum, potestas deputandi confessarios, cum potestate absoluedi,
etiam in casibus Apostolicæ Sedis referuatis. Amplificatur autem suspensio ho-
rum quinque, & angustatur multis modis, qui ex litera colliguntur. Ampliatur
quidem primo, vt procedat quocunque nomine vocentur, gratiæ in hoc fa-
ctæ, siue facultates, siue concessiones, siue indulta: Licet enim † alias concessio
facultatis faciendi aliquid, à præcepto faciendi illud, plurimum differat, vt ha-
betur in ca. Cum aliquibus, de rescript. lib. 6. & annotatur per Doctor. præser-
tim per Panor. & Felyn. in cap. Licet, de offic. ord. hic tamen nihil refert. Licet
item indulta, quæ frequenter ob remunerationem beneficij, vel obsequij præ-
teriti, præsentis, vel futuri solent concedi, ab alijs liberaliter concessis differre
soleant, iuxta ea, quæ Andr. Sicul. Aret. & Felyn. scribunt in c. Nouit, de iudi. ta-
men quo ad hoc nihil videntur differre. Secundo ampliatur, vt procedant, si-
ue sint concessa ab ipso Sixto nomine † proprio, vel nomine sedis Apostoli-
cæ, quæ alias longe differunt, iuxta c. Si gratiosa, de rescript. lib. 6. & notata in
c. Quoniam abbas, de offic. deleg. siue ab alio eorum autoritate: puta à lega-
to Apostolico, qui haberet potestatem dandi autoritate Apostolica faculta-
tem aliquibus faciendi aliquod prædictorum. Hoc enim etiam mihi compre-
hendunt illa verba: *vel illius auctoritate* arg. c. Hi qui, & c. Si Apostolicæ Sedis,
de præb. lib. 6. licet etiam comprehendant successores Sixti, vt in 7. ampliatio-
ne dicam. Tertio ampliatur prædicta horum suspensio, etiam si fuerint con-
cessa ad fouendum hospitalia, per illa verba: *quibusomque ecclesijs, monaste-
rijs, hospitalibus, & pijs locis*. Quamuis aliàs inter hospitalia, & alia beneficia,
differentia ponatur non minima, Clement. Per literas, de præbend. vel ad fa-
uendum fraternitatibus, quæ per multa priuilegia eis priuatim concessa, sunt
valde munitæ. Quas confratrias rectius appelles, † à verbo, *phratia*, quòd
conuenticulum, vel pagum eorum, qui vno puteo communi vtuntur, signifi-
cat: & non à voce *frater*, vel *fraternitas*, secundum Bud. in l. i. ff. de offic. qua-
stor. Quarto ampliatur, vt comprehendat tam perpetua, quàm temporaria: li-
cet inter ea in alijs dispositionibus magna soleat esse differentia cap. fin. de
rescript. lib. 6. Clement. 1. de offic. vicar. adiuncto c. Cum ex eo, de electio. lib. 6.
Quinto ampliatur, vt comprehendat omnia prædicta, siue data sint, † vt in ar-
ticulo tantum mortis profint, siue etiam, vt alio tempore vitæ: licet in his aliàs
magna soleat esse differentia, iuxta cap. Si quis suadente. 17. q. 4. & tradita per
nos in c. primo, in princip. num. 73. de pœnitent. dist. 6. Sexto ampliatur, vt com-
prehendat omnia indulta quouis modo, aut quauis causa quomodolibet con-
cessa, † & per consequutionem, mea sententia, etiam concessa ob remunera-
tionem: licet secundum And. Sicul. Aretin. & Felyn. in c. Nouit, de iud. reuocari
nequeant regulariter, postea quam sunt acceptata. Illa item, quæ precio ali-

quo interueniente, siue nomine compositionis, siue alio fuerint concessa: licet regulariter reuocari nequeant, secundum Bald. in l. Qui se patris col. iii. C. vnde liber. & Deci. conf. 292. col. 3. Omnia enim hæc arbitror esse suspensa. Quoniam iusta de causa possunt ea tolli, quanto magis suspendi, secundum prædictos. Sicut & princeps, licet regulariter contra suum contractum venire nequeat, iuxta cap. 1. de probat. potest tamen iusta de causa, secundum omnes, præsertim Baldum in l. final. ff. de senat. & Felyn. in d. cap. 1. nu. 6. de probat. Faciunt annotata in cap. Quæ in ecclesiarum de constit. Causam autem id faciendi iustam quoad effectum suspendendi per adeo modicum tempus in proposito nostro interuenire, nemo est, qui neget. Septimo ampliatur, vt comprehendat tam concedenda, quam concessa, licet regulariter lex, solum futura respicere soleat cap. 2. & cap. si. de constit. Octauo ampliatur, vt hæc suspensio non solum durauerit durante vita Sixti: sed etiam postea. Quoniam non suspendit solum vsque ad beneplacitum suum: sed etiam vsque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ. Et constat quod licet beneplacitum Rom. pont. cesset morte ipsius: non tamen beneplacitum Sedis Apostolicæ, vt est tex. omnium totius iuris optimus, reddens rationem huius, in cap. Si gratiosæ de rescr. lib. 6.

Angustatur autem, & restringitur suspensio prædicta, vt non comprehendat indulgentias, quæ non sunt plenæ, siue plenariæ, per ea quæ dicta sunt in notab. 25. Secundo angustatur, † ne comprehendat facultatem remittendi, dispensandi, componendiue super rebus incertis restituendis, non male, neque illicito modo ablati. Quoniam alia sunt incerta restituenda, malo, & illicito modo quæ sita: alia bene, vel licito modo habita, vt in not. 2. cap. Cum sit. de iudæis ostendo. Et solum hic suspenditur † facultas dispensandi super male ablati, & illicito modo quæ sitis. Tertio angustatur, ne comprehendat facultatem deputandi confessarios, sine potestate absoluendi in casibus Sedi Apost. reseruatis. Tum, quia hic tantum suspenditur facultas deputandi confessarios cum illa potestate: & aliud est hoc, & aliud facultas deputandi, sine illa. Et hæc suspensio, quæ est odiosa, quia contra regulam cap. Decet. de regul. iur. lib. 6. non debet extendi de alio ad aliud, saltem, vbi non est eadem ratio, vt hic, arg. cap. 10. Odia de regul. iur. lib. 6. l. Cum quidam ff. de liber. & posthum. † Tum, quia cui prohibetur factum qualificatum, non censetur, ob id prohibitum factum simpliciter: vt prohibitus ius dicere extra territorium, vel diebus feriatis, aut locis sacris, non est prohibitus ius dicere l. final. ff. de iuris. omni. iud. cap. 2. de constit. lib. 6. cap. final. de fer. cap. Decet. de immuni. eccles. lib. 6. Neque repulsus à petitione, qua peteret aliquid actione rei vendicationis: eo quod esset factus dominus eius, per traditionem Gaij, censetur repulsus à petitione, qua peteret idem, quasi suum, actione publiciana, quæ sita ei, per illam traditionem, secundum Cyn. receptum in l. 2. C. de probat. arg. illius legis. Neque repulsus ab accusatione adulterij cum Titio facti, repellitur ab accusando adulterij, cum alio admissi. l. Denuntiasse §. Quid tamen ff. de adult. Neque repulsus ab accusatione percussiois cum sanguinis effusione, aut cum armis, videtur repulsus ab accusando percussiois simpliciter propositæ, secundum mentem Cyn. vbi supra: & mentem Bartol. in d. §. Quid tamen. Denique, repulsus à maiori † non censetur repulsus à minori, arg. cap. Cum in

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

tunc & in princ. & §. Inferiora de elect. Clem. Generalē de atar. & qual. & c. 7. & 2. de fil. presb. lib. 6. Ergo prohibitus, repulsus, & suspensus à potestate deputandi confessarios, cum facultate absoluendi à reseruatīs Papæ, quæ est factum qualitate grandi qualificatum, & maius, quàm factum sine illa, per se sumptum, non censetur repulsus, suspensus, prohibitus ue à facultate deputandi confessarios, sine illa. Tum, quia licet † à quocunque remouetur genus, quælibet eius species remota videtur, iuxta l. Si causa cognita. cum glo. penult. C. de transactio. cap. fin. de pact. & tradita per Bald. in l. conuenticula col. 2. C. de epif. & cleric. Non tamen à quo remouetur species, remouetur genus cap. Quemadmodum de iureiur. §. 1. Licet enim consequatur: Non est animal: Ergo non est homo. Non tamen consequitur: Non est homo: Ergo non est animal. Cum igitur hic remouetur species, & non genus, sequitur, quòd ea remota, non censetur remotum genus. Et ita, quòd licet, si simpliciter suspensa fuisset potestas deputandi confessarios, suspensa fuisset potestas deputandi eos, cum illa, vel illa facultate: Non tamen suspensa potestate deputandi cum illa vel illa facultate, censetur suspensa potestas deputandi cum alia.

Quarto angustatur, ne comprehendat facultates alias, quàm à sede Apostolica, vel eius autoritate concessas. Sixtus enim hic solum suspendit facultates concessas à se, vel à Sede Apostolica, vel eius autoritate: non ergo alio modo concessas, arg. prædict. in 3. restrict. Quinto angustatur, ne comprehendat † facultates singularibus personis concessas. Quoniam hic solum suspenduntur concessæ ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, piis locis, & vniuersitatibus, & fraternitatibus, siue confratriis, at nihil horum est singularis persona. Si enim aliquod horum esset singularis persona, maximè esset vniuersitas, vel fraternitas, quæ ex personis constant: sed hoc est falsum: quia aliud est vniuersitas, & collegium: & aliud singuli collegij, vel vniuersitatis, vt eleganter dixit Ludouic. Roma. consil. 400. Quæritur. Libertus enim collegij, vel vniuersitatis, non est singularum personarum eius l. Sed si hac §. Qui manumittitur ff. de in ius vocan. transcripta in cap. Episcopus §. Qui manumittitur 12. q. 2. Nec bona vniuersitatis, sunt bona singulorum l. In tantum §. Vniuersitatis ff. de rer. diuis. Et aliud est ciuis, & aliud ciuitas, vt probat §. Conuenticula. alias. Conuenticulas. mea sententia, vitiose de pac. iur. firmat. in vsib. feud. Et pacta conuenta inter regem Vngariæ, & communitatem Venetorum non constringunt ciues Venetos singulos, vt pulchrè consuluit Petrus ab Anchar. consil. 204 Et interdicta ciuitate non censentur interdicti ciues: quia illi extra illam ciuitatē sacra audire possunt c. Si sententia de sent. excom. lib. 6. Et licet interdicto populo, singuli de populo censentur interdicti per illud c. id tamen non est ideo, quia singuli de populo sint populus: sed quia alioqui id interdictum esset inane, vt cõtextus ipse habet. Sicut & interdicta ciuitate censentur interdicta suburbia cap. Si ciuitas eod. tit. li. 6. non quia suburbia sint pars vrbs: sed ne id interdictum sit inane. Cum ergo suspensio facultatum vniuersitatibus & collegiis concessarum, non sit futura inanis, licet facultates singularibus concessæ non censentur suspensæ, consequitur propositum scilicet quod priuilegia, de quibus hic, concessa collegiis, & vniuersitatibus, licet suspendantur: non tamen censentur suspensæ concessa singularibus illorū collegiorum. Faciunt multa, quæ

quæ adduxit Fel. in c. Eam te, de rescript. nu. 14. probantia aliud esse capitulum, aliud singulos capituli: & Deci. consil. 286. Visis. Confirmat hæc etiam illud Ioan. And. in cap. Per inquisitionem de electio. scilicet pendente inquisitione super delicto contra collegium, vel capitulum, posse promoueri singulos eius, si non erant in inquisitione nominati. Cur ergo suspensio facultatis collegij, collegiarum facultates suspendet? Adde, quod inhibita vniuersitate ne conferatur beneficium aliquod, non censentur inhibiti singulares eius, arg. cap. Cum in illis §. fin. de præb. lib. 6. Denique facit, quod non est tanta ratio suspendendi facultates concessas singulis, sicut concessas collegiis, & vniuersitatibus. † Quoniam ob singularium facultates, pauciores, & breuiori tēpore retrahentur ab adeunda Roma ob iobeleum, quàm ob collegiorum, & vniuersitatum facultates. Quandoquidem singuli pauciores sunt, & moriuntur: vniuersi verò plures, & sunt perpetui l. Proponebatur ff. de iud. & 7. q. 1. cap. Denique vbi gl. Ex hoc notabili amplificato, & angustato, vt supra, infertur primo, rectè me respondisse hoc anno, eum cui erat facultas deputandi confessarios, etiam cum facultate absoluendi à reseruatis Papæ, posse deputare hoc anno confessarios, sine illa, per dicta in tertia restrictione. II. infertur, rectè me respondisse, † facultates quas multi habent absoluendi à peccatis episcopis reseruatis, factas ab ipsis episcopis, vel à legatis Papæ, virtute generalis legationis, non suspendi: quia non sunt autoritate Apostolica factæ, † neque factæ ab ipso Papa: quia non sunt de reseruatis Papæ. III. item rectè me respondisse: † facultates, quas nuncius Apostol. quatenus est legatus, fecit, etiam de reseruatis Papæ: qualis est absolutio ab excommunicatione ca. Si quis suadente 17. q. 4. à qua ipse absolvere potest cap. Excommunicatis de offic. legat. & cap. Ad eminentiam de sent. excommunic. non suspendi: quia & illæ conceduntur autoritate ordinaria, arg. cap. Hi qui, & c. Si Apostolicæ Sedis, de præbend. li. 6. Quia licet legatus † autoritate Apostolica sit effectus legatus: sca tamen, quæ facit, vt legatus, autoritate ordinaria facit: quia est ordinarius cap. 2. de offic. leg. lib. 6. quamuis extraordinario modo inductus, iuxta glo. sing. Clement. 2. de offic. ordin. Facultates autem datæ ab eo virtute specialium facultatum à Papa ei cōcessarum, essent suspensæ. Quia illæ autoritate Sedis Apostolicæ dantur: & ita in dicta Extrauag. comprehenduntur, vt in ampliacione secunda diximus. IIII. infertur, verum † esse id, quod interrogatus satis superque cunctabundus tandem multis respondi. Nempe, diplomata illa, quæ vocant confessionalia, singularibus personis concessa, non esse suspensa quoad hæc quinque, neque quoad aliquod eorum, quominus vti possint persone in eis expressæ, vel expressæ ante hunc annum per expressas in eis habentes ad id facultatem: Imò neque bullas redēptionis captiuorum, misericordiar, cruciatar, vel aliar similes ante hunc annum acceptæ. Quoniam primo & irrefragabiliter per hanc Extrauag. non suspenditur aliquid horum quinque singularibus personis concessum, vt in §. restrictione probatū est: At per confessionalia, & bullas prædictas hæc quinque, vel aliquod eorū singularibus personis conceduntur: Ergo per hanc extrauag. ea non sunt suspensa. Secundo facit, quod nihil refert an Papa immediatè, & absolutè concedat alicui aliquid, vel mediatè, & sub cōditione, ad vtendū eo post adimpletā conditionē, & media-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

tam concessionem cap. Si pro te. de rescript. lib. 6. & gl. memorabilis magna cap. Si soli. de concess. præb. eo. lib. & cap. Si Apostolica de præb. lib. 6. Sed in 4. restrictione late est conclusum, nihil eorum, quæ Papa singularibus personis absolute, & immediate concessisset, per hanc extrauag. suspendi: Ergo neque quicquam eorum, quæ mediate per alium, vel sub aliqua conditione concessisset. At omnibus prædictis, vel immediate & absolute Papa concessit, vel mediate, & sub conditione, quæ ante hunc annum fuit adimpleta: Ergo concessa eis ab eo per hanc extrauag. non suspēduntur. * huic tamen illationi non esse locum hoc anno Iobeleo 75. & quare, præmonuimus supra eod. not. nu. 17.

- V. infertur, non suspendi per hanc extrauag. facultatem edendi oua, & ex lacte confecta, quæ vulgus lactinia, Celsus vero lib. 2. cap. 23. lactantia appellat, in vigiliis festorum, & in quadragesima, neque facultatem habendi altare portatile: neque facultatem audiendi missam tempore interdicti: neque facultatem accipiendi cœnaculam, quam collationem vocamus, paulo ampliorem solita, vel mane pro sero fieri solita, neque aliqua alia, præter hæc quinque. Primo quidem, † quod cui verba legis non conueniunt, neque decisio conuenire potest l. 4. §. Toties ff. de dāno infect. & ibi annotariūt Bart. & Paulus cap. Indemnitatibus §. Supradicta. de electio lib. 6. quod in hoc iuris optimum dixit Felin. in cap. Nonnulli col. 31. de rescript. Deinde, quod exceptio firmat regulam cap. Quoniam de coniugio. leprof. cap. Dominus 32. q. 7. l. Quæsitum §. Denique alias, Idem respondit ff. de fund. instr. Ad hæc quod glo. memorab. verbo Inquisitionis cap. In fidei fauorem de electi. li. 6. habet, quod cap. illud, permittens, vt in causa inquisitionis hæreseos testes alioqui non idonei admittantur, non habet locum in accusatione eiusdem criminis.
- 22 Et glo. celebris, & singularis, secundum aliquos cap. Quæ à iure de reg. iur. lib. 6. quæ tamen similem habet in cap. Constitutionē de reg. lib. 6. & in Clēm. Dudum de sepult. verb. De iure: habet prædictæ Clem. Dudum, quæ loquitur de prædicatoribus, & minor. non esse locū in Carmelitis, & heremitis S. Aug. Quod intelligēdum est attento iure communi. Quamuis hodie per priuilegia peculiaria sit locus, vt annotauit Card. in d. Clem. Dudum versic. Ab olim q. 8. Et est tex. qui confirmat has glossas in d. c. Constitutionē de reg. lib. 6. adiuncta gl. quatenus habet: constitutioni Alexand. 4. Non solum, eiusdem tituli (quæ infirmat professionē prædicatorum, & minorum ante certum tempus factam) non fuisse locum in aliis mendicantium ordinibus donec superueniret prædictum c. Constitutionem Bonif. 8. Et Ludo. Rom. confi. 337. col. pen. dixit, quod extāte regula, quod omnis expectans, publicet intra certum tēpus acceptationem beneficij in ecclesia, cuius est illud, præter Romæ morantes, quibus permittitur publicare in audientia contrad. Starum curiæ Romanæ, non satisfacit is, qui publicat eam in audientia concilij generalis alibi coacti. Facit, quod adempta vna re legata, non censetur adempta alia, nisi essent indiuisibiliter annexæ l. 1. adiuncta glo. ff. de adim. legat. Et quod ademptio totius, vel partis, facultatis concessæ à principe, odiosa videtur: & contra cap. Decet. de reg. iur. lib. 6. Denique facit, quod ratio suspendendi hæc quinque, non suadet aliorum suspensionem. Nam ratio suspendendi hæc fuit, ne Christi fideles. à uisitatione ecclesiarum Romanæ vrbis, & ab agnitione Papæ in ecclesiæ
- Christia

Christiana principem; retraherentur. Et singula horum quinque, habent aliquantam vim notabilem retrahendi ab hac peregrinatione, quantum cetera non habent. V. l. inferitur ꝑ ex hoc proxime dicto, non obstare huic corollario, quod casus exceptus à regula, ob rationis similitudinem extenditur. c. Cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. etiamsi casui excepto adderetur dictio exclusiua, tantum, vel solum. l. His solis. C. de reuoc. donat. adiuncta gl. facit. §. Aliud quoque capitulum. Auth. Vt cum. de appel. cogno. collat. 8. & Auth. Non liceat. C. de lib. præter. adiuncto dicto Guiliel. de Cun. cum his, quæ latè addit Iohan. Lup. in repet. rub. §. 16. num. 8. de dona. inter vir. & vxor. Neque quod statutum, conforme iuri communi, loquens de vno casu, extenditur ad alium ei similem, per c. Ad audientiam. de cler. non residenti. vbi hoc annotauit Panor. Inferitur, inquam, ex ratione prædicta, non obstare hoc corollario prædicto: quia non est eadem ratio de aliis. Responderi etiam posset ꝑ adductis in argumento, locum esse, quando legislator ideo de aliquibus expressit: quia vel erant frequentiora: vel quia tunc alia verisimiliter non occurrerunt: in casu autem nostro videbat Papa, per diplomata Apostolica passim concedi alias multas facultates, vltra has quinque hic expressas: E quibus tamen, solas has eisdemque restrictas, quas suspenderet, delegit, aperte per id significans: nolle se alias suspendere. Quæ noua consideratio plurimum iuuat, ad soluenda contraria, quæ opponi solent dicto cap. Cum dilecta. & ad nouam eius declarationem. V. l. in ferri ꝑ videri potest alicui id, quod quidam doctor doctus respondebat. s. per hanc Extrauag. solum suspensas fuisse gratias Sixti: non autem aliorum pontificum Rom. prædecessorum, vel successorum suorum. Quoniam de solis suis tantum loqui videtur, ibi (à nobis, vel ead. Sede, &c.) Sed contrarium videtur verius: Tum, quia superius narrauit se moueri ad hanc suspensionem faciendam, ob effusionem gratiarum à se, Paulo, & ab aliis prædecessoribus suis concessam. Tum, quia non solum dicit à nobis sed etiam, ab eadem sede. Et non solum ab eadem Sede: sed etiam, vel eius auctoritate. Et non solum ait, concessa: sed etiam concedenda. Sic enim habet: *Anobis, vel eadem Sede, vel illius auctoritate concessa, vel in posterum forsitan concedenda.* Omnes autem gratiæ huiusmodi quorumcunque Roman. Pontif. sunt gratiæ concessæ, vel concedendæ à Sixto, vel à Sede Apostolica, vel auctoritate eius. Omnia enim quæ Roman. Pont. facit, vt Roman. Pontif. licet non faciat nomine Sed. Apost. auctoritate tamen eius facit. Nam etiam in casu illiusmet c. Si gratiosæ. facultas retinendi beneficium, facta Episcopo promotò à Roman. Pont. ad beneplacitum suum: licet dici posset personalis, & non facta ab ipsa sede, sed præfecto ipsi sedi: Tamen nemo negare potest illam esse factam auctoritate ipsius Sedis: Ergo omnes huiusmodi gratiæ factæ à Sixto, & prædecessoribus, & successoribus eius vere dicentur factæ à Sixto, vel ab ead. Sede, vel eius auctoritate. Quod, mea quidem sententia, firmiter probatum est. V. l. inferri videtur conclusio mirabilis. s. omnes indulgentias plenarias, ꝑ & alia quatuor hic expressa, non solum esse suspensa, quoad annū iobeleum: sed etiam quoad omne aliud tempus. Primo quidem, quod per hanc Extrauag. facta fuit suspensio eorum vsque ab beneplacitum Sed. Apostol. quod constat durare ꝑ vsque ad expressam reuocationem, nec morte Papæ expirare. cap. Si gratiosæ. de rescript.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

lib. 6. Et licet de morte Sixti constet nullibi tamen constat de reuocatione ab eo facta. II. quod licet posita successiua, sine præfinitione temporis apponitur, decennio finiatur regulariter, per tex. singul. l. sine præfinitione. ff. de pœn. non tamen, quando imponitur vsque ad beneplacitum iudicantis. Quia tunc durat, vsque ad mortem, vel vsque ad expressam reuocationem eius: & minus cum imponitur vsque ad beneplacitum officij, cuius ratione iudicatur. Quia tunc durat vsque ad reuocationem expressam, nec morte imponentis finitur, secundum Bart. in l. Centesimis. §. fin. ff. de verb. oblig. communiter receptum, qui per d. c. Si gratiosæ. ait; quod exilium, vel relegatio facta vsque ad beneplacitum iudicis relegantis, vel exulem facientis, morte illius reuocatur: & facta vsque ad beneplacitum officij sui, non reuocatur per eius mortem: minus ergo suspensio hæc facta à Sixto non solum vsque ad beneplacitum suum: sed etiam. S. Apostol. non fuit reuocata per mortem Sixti. At de alia reuocatione expressa nullibi constat: Ergo &c. III. quod hæc Extrauag. nullum verbum habet, quo significetur, hanc suspensionem solum fuisse factam pro anno iobeleo tantum. Quia simpliciter facta fuit vsque ab beneplacitum suspendentis, & Sed. Apost. IIII. & neruose quidem quod vel oportet concedere nihil suspendi, per hanc Extrauag. hoc anno iobeleo, vel suspendi etiam aliis annis. Nam aut reuocata est hæc Extrauag. aut non. Si est reuocata, nihil suspenditur hoc anno: si non est reuocata, suspenditur etiam aliis annis: Ergo cum omnes dicamus per hanc Extrauag. suspensa esse hoc anno iobeleo omnia illa quæ hic expressa: consequitur suspensa etiam esse quoad alios annos. V. quod nihil iuuat respondere, quod mens Sixti fuit solum suspendere quoad annum iobeleum tantum: eo quod tantum videtur voluisse præcauere, ne eo anno cessarent fideles à visitanda Roma: eo quod hæc quinque in suis terris, vel prope eas inuenirent. Non, inquam, hoc iuuat. Quoniam spes certa habendi hæc quinque paulo ante initium anni iobelei, & statim post finem eius, plurimum retrahit homines ab adeunda Roma, vt palam est. Multi enim, qui non adierunt hoc anno, adissent Romam, si aliquot annis ante hunc nullam potuissent acquirere indulgentiam plenariam, neque aliquot aliis post eum lapsuris querere possent, vt palam est. VI. quia hæc Extrauag. facta fuit ante annum iobeleum. scilicet. Septem anni 1473. & ita sedecim mensibus ante annum iobeleum, qui fuit anno 1475. vt ex eius fine apparet: & nemo diceret, per ea non fuisse suspensa hæc quinque ante initium anni iobelei: ergo pari ratione confiteri debet suspensa mansisse post illum annum, vsque ad reuocationem: Ergo propositum. VII. adiuvat nos, quod author compendij priuilegij ordin. in verb. indulgentia, ait, in quadam tabula antiqua contineri, quod d. Sixtus 4. ad preces cuiusdam fratris indulgit, ne qui vadunt ad consequendas indulgentias suspensas, ignorantes eas esse suspensas, in censuras vllas incurrant. Per quod etiam significatur quod hæc suspensio etiam post annum iobeleum durasset. VIII. facit, quod Sixtus † omnium iudicio fuit nimis in concedendis indulgentiis. Quod etiam ipsemet significat in d. extrauag. versicu. Verum. ibi: *Ne propter indulgentiarum à nobis, &c. concessarum huiusmodi effusionem* arg. glo. in verbo. Effusione. c. Cum illorum. de sen. exc. & ca. Reuertimini. 16. qu. 1. Et in extrauag. Et si dominicæ. ibi: *ob multitudinem facultatum per nos, & auctori-*

29

30

tate nostra concessarum. Et ideo hac occasione accepta, voluit forte mederi suæ prodigalitati: quod & fecit.

- 31 **H**unc articulum propter † eius difficultatem, & periculum ex eius solutione imminens nec in cathedra publice, neque extra eam priuatim hactenus proposui: nec decidissem antequam id lucis, quod Roma expecto mihi aduenisset: nisi quia iam declinat annus iobeus, & tota ferè relectio hæc est impressa, & instare incipiunt prælectiones insequentis anni, quibus ocium amplius vacandi huic rei tolletur. Quod autem iuri consonantius esse nunc occurrit, est primum quidem; per hanc extrauag. factam fuisse suspensionem omnium horum quinque, non solum quoad annum iobeum: sed etiam quoad omnes alios, vt argumenta prædicta irrefragabiliter probant. Secundo, eam durasse donec expresse reuocaretur, vt etiam argumenta probant. Tertio, nulli me vnquam vidisse, legisse, neque audisse vllam huius suspensionis reuocationem expressam: mirarique me plurimum, quod nec Francis. Pauli. qui illam prodidit, neque aliquis alius, quem viderim, ea de re vllam mentionem faciat.
- 32 Quarto, † conicere me tamen eam ab eod. Sixto reuocatam, vel saltem modificatam fuisse. Quoniam Extra. sequens: Et si dominicæ. quæ est eiusdē Sixti, & facta anno 1478. & ita quinque annis post d. Extrauag. Quemadmodum. clare præsupponit multos potuisse absolui etiam in casibus Apost. S. reseruat, & etiam quærere indulgentias plenarias virtute suarum gratiarum. Quod fieri non posset, nisi prædicta suspensio, vel sublata, vel modificata fuisset. Et ne dicas id verificari posse in gratis, quæ singularibus personis concessit, quas non esse hoc anno suspensas supra in §. restrictione probauimus, considera, quod d. Extrauag. Et si dominicæ. non solum præsupponit hoc in gratis singularibus concessis: sed etiam in concessis capitulis, collegiis, conuentibus, hospitalibus, &c. vt in ea patet. Quinto, certum esse, quod si suspensio prædicta iadulta per d. Extrauag. penitus reuocata fuisset per eam, nihil suspenderetur hoc anno iobeo, neque aliquo alio, vt argumenta superius facta efficaciter probant. Sexto loco, arbitrari me suspensionem illam modificatam fuisse postea, per eundem Sixtum, ne haberet effectum, nisi quoad annum iobeum. Tum, quia non consonat rationi, vt eam quantum ad illum annum reuocaret. Tum, quia constare videtur, quod reuocauit quoad aliquod tempus: & nullum videtur negotio cõuenientius, quã prædictum. Tum, quia anno superiore Paulus III. antequam moreretur, præclaro ordini societatis Iesu concessit, vt vno die singularis annis per eos eligendo, in eorum collegio Conimbricæ acquireretur indulgentia plena, excepto tamen anno iobeo, per quod significatur, suspensionem hanc modificatã fuisse quoad annum iobeum. In hac igitur opinione sum, & ero, donec plus lucis mihi Roma deferatur, vel aliunde hauriam, idque si hoc mense Septembris superuenerit scribam, super d. Extrauag. Et si dominicæ. cuius tenorem sub finem, cum aliquot scholiis subiiciam. * quem quia tunc non subieci loco eius longe vtilius subiiciam Indictionem huius anni Iobei 75. S. D. N. Greg. XIII. & suspensionem ampliorem ab eodem factam, cum determinatione huius dubij.
- 33 **IX.** inferri videtur † verum item esse id quod sæpè hoc anno respondi. f.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

omnes facultates, ecclesiis, monasteriis, & ordinibus, & ceteris, in d. Extra. Quemadmodum expressis datas, etiam post illam, etiam cum clausulis derogatoriis, & derogatarum derogatoriis, limitandas esse per dictam Extra. ne locum habeant anno Iobeleo: & quāquam scio longum hic aperiri disputandi campum, & dexterum disputatorem facile posse vtramque partem defendere, in hanc tamen proclivior sum ob tantam iobelei anni celebritatem, & maximam, quæ ad eum suspiciendum mouet, æquitatem, & ob mentem Rom. Pont. qui eum post Bonif. VIII. cum exquisitis ceremoniis, parique pompa, summaque deuotione peregrinorum & Romanorum omnium celebrarunt, & coluerunt, representantes per id toti orbi Christiano quadam tenus aditum gloriæ cœlestis, aduentumque regni Dei, quod à patre cœlesti frequentissime petitum nobis omnibus tandem adueniat. Amen.

XXIX. Notab. quod incerta male ablata potest Papa remittere, dispensare, & componere: & quando, & quatenus sunt tuti, &c.

S V M M A R I A.

- 1 *Papa dispensat, remittit, & componit incerta: quia summus dispensator, nu. 2. Quia Christi vicarius, & non Petri, nu. 3.*
- 4 *Restituere debentes per remissionem, & compositionem quatenus tuti, & que sunt incerta.*

XXIX. Noto illa verba *super male ablatis incertis, aut per usurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis dispensandi, aut illa sub certis modis, & forma remittendi*, ad hoc, quod super male ablatis incertis † triplicem potestatem, & habet Papa, & dare potest. s. dispensandi, componendi, & remittendi. Dispensandi quidem, quod potest ea impendere. Componendi, quod potest super eis transigere: Remittendi vero, quod potest ea condonare. Pro quo facit, quod ipse habet plenitudinem potestatis. cap. Ad honorem. de auth. & vsu. c. Qui scit. 2. q. 6. Ipse est pater patrum, & concurret cum omnibus prælatis in iurisdictione, secundum Bald. in c. 1. col. 1. qui feud. dar. poss. Ipse primus, & maximus omnium prælatorum, secundum Thomam contra error. Græcor. cap. 55. *imo & vniuersalis & immediatus omnium Christianorum, secundum eundem contra impugnantes religionem cap. 4. col. 17. & contra error. Græcor. cap. 54. licet Felin. mea sententia, vitio impressorum eum appellauerit mediatum in ca. 1. col. 2. de Constit. quod incaute secutus fuit Iohan. Lup. in lib. de iure & obten. reg. Nauar. & multos id incaute credere arbitror, sed late lib. 2. de potest. eccles. cap. 65. Turrecrem. confirmat hoc & duobus cap. seq. confutat contraria, & † est summus rerum ecclesiæ, & pauperum gubernator, & distributor secundum Card. S. Sixti in c. Si res. 14. q. 6. art. 1. & Diu. Ant. 2. part. tit. 2. c. 6.

2. opp. 6. vortus finem * & ita declaratum fuit in Concil. Latet. coa. eto sub Julio
 2. & continuato sub Le. conio x. seff. ix. §. & C. un. fructuum de refor. Quia Chris-
 tus est dominus omnium herum ecclesie cap. Cum secundum apostolum de
 prax. cap. Gum ex eo. de. Electio lib. 6. §. n. en. Inno. in. Cum super de caus.
 possess. quem late sequitur simus in d. C. un. fructuum. * Quod postea decla-
 ravit Concil. Trid. seff. 23. cap. de refor. & nos usus in Apolog. lib. de re d. t.
 3 in cap. vlt. 16. quæst. 1. mon. 26. 28. & 33. & 34. * & Papa est eius summus vic.
 & Petri successore. i. de hom. lib. 6. cap. Quanto & cap. Licet de translat. prax.
 Quamvis enim in cap. Ego. Ludop. 6. d. h. 6. cap. Constantinus 26. dist. & cap.
 Quoties 1. q. 7. appellatur vicarius Petri? tamen appellatio est impropria,
 vel ita intelligenda, quod exercet eandem vicariam, quam Petrus, vt glo. sin-
 4 gularis in verbo Vicarij. Glend. i. de iur. iud. d. i. Cum igitur Christus possit
 hæc tria facere, eadem quoque Papa poterit. Ex quibus inferri videtur, eos,
 qui super incertis male ablatis omni Papa; vel commissariis eius compositionem,
 vel transactionem fecerunt: eos item, qui remissionem eorum ab eis acceperunt,
 tuto esse * modo fierent iusta & pia de causa, per citata in dictis monitis
 & in cap. non liceat. 12. q. 2. §. 4. Quod cum multis aliis huc pertinentibus, &
 diffinitione incertorum, & corollariis ex ea illatis, ne nimium relectio crescat,
 mitto in commentum cap. Cum sit de iuda. Quod cum repeti. cap. Ita quorun-
 dam eiusd. tit. sub prælo est.

XXX. Notab. quod concessionum indulgentie plenarie varie sunt forme, & de ea, que conceditur in articulo mortis multa quotidiana.

S V M M A R I A.

- 1 Indulgentiarum forme varie, & que communis eius, que datur pro articulo mortis, nu. 7.
- 2 Sepulchrum Domini nemo, sine licentia Papa, visat.
- 3 Articulus mortis presumptus, non verus hic dicitur, nisi aliud exprimat, num. 5.
- 4 Vnctio extrema finem vite presumptum tantum requirit.
- 6 Confiteri non tenetur confessus, ob indulgentiam.
- 8 Absolutio plenaria, que verba necessaria, & quando eam laicus faciat nu. 9. & includit oblita, nu. 11. & cui amenti fieri potest, nu. 12.
- 10 Confessarius idoneus, an quandoque laicus.
- 13 Indulgentia aut datur, aut mandatur dari: & de cautelis in articulo mortis servandis.

XXX. Ioto noto verba illa tam in perpetuum, quam ad certum tempus in vita, seu mortis articulo ad hoc, quod indulgentiarum plenarum concessio,

127 **Commen. De Iobeleo & Indulgen.**

2 varia forma est. Alia enim conceditur visitantibus certum locum quoconque
 tempore, qualis est concessa visitanti Domini & sepulchrum. Quo tamen non
 licet ire sine licentia Papæ, ne leues homines blanditiis, terroribus, aut cru-
 ciatibus sarcinorum à fide diuertant, ut testatur. Diuus Anton. 1. parte tit. 10.
 cap. 3. §. 4. Alia conceditur visitanti certo die anni, certum locum, qualis dicitur,
 esse concessa visitanti templum, ubi Diuus Mariz Magdalenz corpus sepul-
 crum est in Balnea. Alia omnibus facientibus certum opus, qualis est, quæ con-
 ceditur assumentibus crucem contra Infideles cap. Ad liberandam de iudæis
 in parte electa. Qualis hæc non iobeleo, quæ conceditur omnibus euntibus
 Romam, & visitantibus certas ecclesias in anno iobeleo, de qua in Extrauag. 1. 2.
 & 4. de pœnit. & remissio. Alia ita conceditur, ut extra mortis articulum quæri
 possit, Alia vero in articulo tantum mortis. Et super hac postrema, de qua
 olim multa dubitatio fuit, secundum Diuum Anton. 1. parte tit. 10. cap. 3. §. 4.
 quem Felyn. Syluest. & alij sequuti sunt, & cui in aliquibus consentit Cardinal.
 3 S. X. vir illius temporis in arti. 3. col. 7. huius §. dico primo ¶ quod per articu-
 lum mortis in hac materia intelligendus est articulus præsumptus, & non ve-
 4 ros, si nihil aliud exprimitur in gratia: ¶ Sicut, & extremus finis vitæ, in quo
 sola extrema visio danda est non est verus finis: sed præsumptus, iuxta no-
 tata in cap. Presbyter, & cap. Illud 95. dist. & in 4. dist. 23. Vnde probabiliter
 moriturus, uti potest indulgentia pro articulo mortis sibi concessa, & lucrabi-
 tur eam, quamvis non moriatur. Sed postea uti non poterit amplius ea etiam
 si conualescat, & postea in articulo mortis, vero uti ea velit. Non ociose dixi
 5 (si nihil aliud ¶ exprimitur in gratia) Quoniam si quid exprimeretur id ser-
 uandum esset, arg. 1. Continuis §. Cum ita ff. de verborum oblig. Si enim ex-
 primeretur quod toties ea uti posset quoties in articulum mortis incideret, uti
 posset ea, quoties in præsumpto moriendi articulo constitueretur, & ille usus
 sibi esset utilis si autem exprimeretur quod daretur pro articulo mortis vero,
 nihil prodesset usus eius in articulo præsumpto, neque consumeret gratiam:
 quæ tamen postea utilis esset in articulo mortis vero. Neque, mea sententia,
 refert an confessarius dicat id, quod Diuus Anton. & Felyn. aiunt, dicere de-
 bere scilicet quod concedit eam indulgentiam ea conditione, si ex illa ægritu-
 dine obierit: alioquin reseruat illam pro vero mortis articulo. Quia nullo iure
 ad id dicendum astringitur confessarius, & eius reseruatio, vel reseruationis
 6 omissio non potest mutare gratiam Papæ, arg. Clement. Ne Romani. de elect.
 Secundo dico, quod quamvis ¶ indultum dicat de plenaria remissione omnium
 peccatorum, de quibus est ore confessus, & corde contritus: tamen non tene-
 tur confiteri de aliis antea confessis, nec venialibus, ut late per multa conclu-
 dit D. Anton. ubi supra §. 5. & omnes probant, sicut & supra notab. 18. dixi-
 7 mus. Tertio, quod illa ¶ debet esse forma verborum in remissione plenaria
 concedenda, quam concedens indulgentiam decreuit: quia mandati forma
 obseruanda est l. Diligenter ff. mand. cap. Pisanis de restit. poliat. Concessio-
 num autem huiusmodi formam, ut plurimum esse, quod talis habeat faculta-
 tem eligendi idoneum confessorem in articulo mortis: qui vigore talis indul-
 gentiæ, valeat eum absolueri ab omnibus peccatis, de quibus est corde con-
 tritus, & ore confessus: ceptis illis, quæ perpetrasset sub fiducia talis gratiæ.

Quarto

- 8 Quarto † quod, secundū prædictos, absolues debet uti his verbis: *Authoritate Sedis apostolicæ mihi pro nunc commissa, concedo tibi plenariā remissionem peccatorum tuorū, de quibus es corde contritus, & ore confessus, exceptis his, quæ ex confidentia huius indulti commisisti.* Subdantque: *Anton. & Felyn:* superfluum esse dicere: *Restituo te illi innocentiz, in qua eras quando baptizatus fuisti: licet id dictum non viciet actum.* Quibus adde, quod non viciet etiam omissio illius particulæ. *Exceptis his, &c.* licet cōtenta in illa exceptione, sub illa absolutione non includerētur. Adde itē, multa etiā alia non necessaria contineri in prædicta absolutionis forma: Tum, quia concessionis prædictæ formā non habet, ut absolues in absolutione aut executione indulgētiæ ponat hæc verba: sed quod fiat id quod illa significant, & nulla verba præscripta, vel statuta sunt, ad cōcedendam indulgentiam plenariam: & ideo sufficiunt quæcunque id exprimentia. Qualia sunt: *Concedo tibi indulgentiam, in hac bulla cōtentiā vel ut in hac bulla continetur vel aliud æquipollens.* Tum, quod, quia ad absolutionē à sententiā ex cōmunicationis nulla verba præscribuntur, sufficiunt ad eam faciendā quæcunque significātia, quod absolues vult absolvere illum, & absoluit, ut ait *Ricard. in 4. dist. 18. art. 10. q. 5. quæ cōmuniter receptū sequuti sumus in c. 1. n. 59. de poenit. dist. 6. ** & nuper in *Man. Confess. c. 26. n. 11. ** Tum quia *Scorus in 4. dist. 18. q. 4. dixit, quod etiā ad absolutionē à peccatis sacramentali, sufficiunt qualia cunque verba exprimentia sententiā absoluentis.* Et si dicas eum nimis late loquutum, ut annotauit *Thomas à Vio 3. parte q. 84. art. 3. oportet tamen dicere secundum omnes cum Thoma, non esse de substantia illius alia, quam illa: Ego te absoluo ut latius dixi in d. c. 1. à nu. 8. vsque ad n. 29.* Tum, quod etiam ipsemet *Diuisus Anto. in col. præcedenti hoc ipsum dicit, & videtur sibi contrarius. Quod demiror neque Felyn. neque aliquem alium animaduertisse.* Quinto dico, quod non est necesse concedentem hanc remissionem, esse sacerdotem, nisi hoc expresse in commissione caueatur: quia si non oportet, ut concedens sit sacerdos, secundum Thom. communiter receptum in 4. distin. 20. & *Ioh. And. & Pan. etiam cōmuniter receptus in cap.*
- 9 Accedentibus, de excess. prælat. Ergo neque exequens: Imo † si in concessione non dicatur quod sit sacerdos: sed solum, quod sit idoneus confessarius, ut in supradicta forma, & nequiret haberi in articulo mortis sacerdos, sufficeret alius clericus: & si nec alius clericus haberi posset, sufficeret laicus. Quia eo casu laicus satis idoneus confessarius videtur. Quoniam absolutio hæc non est sacramentalis, quæ non potest fieri nisi per sacerdotem, Et tali casu laicus laudabiliter audit peccata non habentis copiam sacerdotis, cui confiteatur, iuxta c. 1. & ea, quæ super eo scripsimus de poen. dist. 6. Itaque si huiusmodi bullam habens, in tali art. cōstitutus, confiteatur laico necessario confitenda, vel mortalia commissa post ultimā confessionem, satisfacit ad cōsequendā indulgentiā talē, & ut eam ipse laicus cōcedere possit. Hæc est determinatio quotidiana diui Anto. vbi sup. quæ omnes sequuntur. Quæ etiā nobis, quia favorabilis est, placet, licet facile cōtrariū defendi posset ab eo, qui cōtenderet, Roma. Pontifici per verbū illud *idoneū confessariū*, intellexisse sacerdotē: eo quod † laicus etiam in articulo mortis, & deficiente clerico, non est cōfessarius idoneus, cum, ut etiā ipsemet *Anto. fatetur, & late tradidimus in c. 1. de prim. d. 6. cōfessionem ei semel, si à periculo liberetur, oporteat, iterū cōfiteri sacerdoti.* Sed etiā cōtendi

Commen. De Iobéto & Indulgen.

- potest, eum esse cōfessurum idoneum quoad hoc, licet non sit idoneus quoad alia, per prædicta. Sexto, quod talis indulgentia extenditur, ad peccata tradita obliuioni; ¶ nec unquam detecta in confessione, nisi de ipsis debite dolet per annotata in cap. Omnis de pœnit. & per nos in c. fin. nu. 64. & seq. de pœnit. d. 5. & supra eodem no. 18. num. 14. & sequent. Septimo, quod ¶ effectus lethargicus, phrepticus, vel amens ante electionem confessarij, absolui poterit plenarie per huiusmodi indulgentiam in articulo mortis, si cum adhuc sana mente esset, declarauit se velle absolui, quando huiusmodi casus ei contingeret; Imo idem aiunt Antonin. Felyn. & Syl. esse dicendum de eo, qui non declarauit, sed ea mente fuit, dicentes quod electio habitualis sufficit. * & nuper in Manual. Confess. cap. 26. num. 30. * Quæ determinatio quotidiana, & vera est, intelligendo per habituales, virtuales, iuxta ea, quæ nos de intentione actuali, & virtuali tradimus in notabili 10. repet. cap. Ita quorundam de iudæ. num. 8. & de attentione actuali, & virtuali in repetio. cap. Quando de consecratio. distin. 1. notab. 2. num. 1. & in notab. 13. num. 17. * & tertius in cap. Cum minister 23. q. 5. num. 18. & de relatione actus in finem. actuali, & virtuali in repet. cap. Inter verba 11. q. 3. num. 309. Ex quibus infertur primo, ¶ quod ægrotus sic vsu loquela amittens; vt nullo modo valeat confessario intimare sua peccata, non videtur indulgentiam consequi quod tenet Card. hic quia illa non datur nisi contritis, & confessis; & is non est confessus secundum eundem. Quæ conclusio non est vera, secundum Communem late tractatam in notab. 17. supra eodem scilicet quod sola cōtritio cum proposito confitendi tempore debito sufficit: Imo neque secundum opinionem glo. Extrauag. 1. de pœnit. quam secuti fuimus, in d. notab. 17. & quam Card. etiam tenere videtur scilicet quod necessaria est actualis confessio: Quia id intelligendum diximus in potente confiteri: qualis non est is, de quo Cardin. agit. ¶ I. infertur ¶ magnam differentiam esse inter indulgentiam, quæ immediate à Papa hoc vel illud facienti conceditur, & inter eam, quam mandat concedi per cōfessarium. Illa enim sine alia alicuius absolutione acquiritur: hæc autem non nisi mediante illa, vt per superiora patet. Sicuti etiam magna differentia ¶ est inter concessionem conditionalem beneficij à Papa factam: quales sunt accessus, regressus, & coadiutoria cum futura successione, quæ simul ac conditio adimpleretur confertur; nulla alia executoris expectata collatione: & inter mandatum de prouidendo, per quod non quaritur beneficium, nisi executoris consequuta prouisione, iuxta ea, quæ in prælectio. c. Si quando. pag. 4. & 5. de rescript. scripturatus. II. quod multi habentes ¶ arcas bullis Apostolicis plenas, quarum singulis eis plenaria indulgentia conceditur, sine vllius acquisitione decedunt. Quoniam, vt prædictum est, bullæ, vel diplomata, quibus singularibus personis indulgentia plena, vel plenissima pro articulo mortis conceditur, vt plurimum concedunt iuxta formam in 3. dicto supra relatam: per quam palam est, non dari eas, nisi absolutione cōsecuta: & plurimi, præsertim plebei, immemores, vel non animaduertentes id esse necessarium, non petunt eam: neque cōfessarij carū ignari: & non curantes interrogare eos, an habeant tales bullas, vel gratias eis, quæ quæ concedunt, & ita nihil de illis refrigerij in locis huius horrendi ignis omnique deserunt. ¶ I. I. ¶ parochi, cōfessa-

riique muneris esse, interrogate ægrotum, num talia diplomata, vel gratias habeat, vt eum, cum opus fuerit, absoluat. IIII. hanc plenissimam in articulo mortis absolutionem eo esse vtiliorem, quo tardius, & tempore morti proprio fit. Quoniam solum delet poenam peccatorum vsque ad illam admissorum, & non sequentium, & fieri potest, quod vel lethaliter, vel venialiter peccet ægrotus post absolutionem, antequam moriatur, quorum poena, quæ per contritionem, vel eam, & absolutionem sacramentalem deleta non fuerit, iuxta dicta in 19. notabil. supra eod. luenda erit in purgatorio. V. vtile consilium
 18 † etiam esse, vt qui ægrotus multas huiusmodi gratias distinctas habet, quales innumerisunt in Regnis Castellæ, vna earum vtatur statim cum ad articulum mortis præsumptum venerit: & altera, cum iam efflare animam parat, ne dum vltimæ vitæ spiritus expectatur, subito antequam putabatur, moriens omnia lucrifacere volens, omnia perdat. Qui non habent autem, nisi vnã tantum, consulerem, vt tempore extremæ vnctionis ea vtantur.

XXXI. Notabile omnes fere de iobeleo, & indulgentia quaestiones resoluit, vel per remissionem ad notabilia præcedentia, vel per resolutiones illis additas.

S V M M A R I A.

- 1 Indulgentias dat Papa, & concilium, & legatus, & episcopus, & c. nu. 3. etiam non consecratus, num. 4. non inferior, non vicarius, num. 6. non parochus, num. 9. nec excommunicatus, vel hereticus, nu. 10. Sed alioquin malus sic, num. 11.
- 2 Concilium concedit indulgentiam, etiam plenam.
- 3 Electus confirmatus, & prouisus aquantur.
- 7 Consuetudo dat facultatem indulgendi.
- 8 Iurisdictionis omnia iure canonico delegantur.
- 12 Episcopus non indulget pro opere extra episcopatum faciendo, nec non subdito, nisi in tribus casibus, num. 13. licet communicet merita sui episcopatus, num. 14.
- 15 Peregrinantes facultatem querenda indulgentia petant.
- 16 Indulgentia concessa ultra modum quatenus valet.
- 17 Cardinales, & pœnitentiarius: vt dent centum dies.
- 18 Merita sua alteri etiam laicus communicat intentione triplici, nu. 19. & qua illorum communicatio indulgentia, num. 20. & qua non, nu. 21. & qua non suspenditur suspensa indulgentia, num. 22.
- 23 Meritorum communicatio quo magis utilis, & quo minus quam indulgentia, & in quo melior, num. 24.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

- 25 *Indulgentia non reuocatur per mortem indulgentis: sed per destructionem loci sic, nu. 27. nec expressa nocet ignorantibus, nu. 28.*
- 26 *Licentia celebrandi, & alia similes non expirant per mortem concedentium.*
- 29 *Indulgentia non prodest lethaliter infecto, etiam quoad querendam gratiam, num. 33.*
- 30 *Confessio quando requiritur noua ratione.*
- 31 *Indulgentia quinque requisita.*
- 32 *Indulgentia prodest perfectis, religiosis, mortuis, concedenti: & concedi potest ita, ut ab vno viuo alteri viuo queratur. Sed non solet, nu. 33.*
- 34 *Indulgentia ut queritur pro opere indeterminato: & ut pro determinato, num. 35.*
- 36 *Indulgentia perennis, & temporalis ut differunt: & hac quando eodem die bis queratur, num. 37.*
- 38 *Indulgentia pœnitentiæ iniunctæ non tollit non iniunctam.*
- 39 *Annus pœnitentiæ continuus, dies utilis, ut intelligantur: & quando indulgentia. 40. dierum æqua indulgentia anni, num. 40. & quot dierum is annus, num. 41. quanto maior annus simplex, quàm iniunctæ pœnitentiæ, nu. 42.*
- 43 *Pœnitentiæ iniunctæ non necessario implenda, acquisita pari indulgentia: sed de consilio sic, num. 44.*
- 45 *Predicans indulg. indiscretas ut peccat.*
- 46 *Quæstores indulgentiarum quales, & quid faciant, & quibus legibus contraeant.*
- 47 *Simonia ut excusatur in indulgentiis pro re temporalibus.*
- 48 *Purgatorium ut spoliatur per indulgentiam.*

l. XXXI. & postremo ex prædictis omnibus, & aliis paucis additis colligo, plenam omnium penè de iobeleo, & indulgentiis quæstionum resolutionem expressam, vel per remissionem ad præcedentia notabilia, quarum prima sit: Vnde vox illa, iobeleus, deducitur, quid significet, utque scribi debeat, ex probatis authoribus, notab. 1. 2. resol. quid remittebat, condonabatve annus iobeleus Hebræis, notabil. 2. 3. resolut. anni iobelei Hebræorum remissio, quid figurabat, & quod non præmonstrabat nostrum hunc annum iobeleum: licet ei similis fuerit, & quotus sit, fueritque, notab. 3. & 4. 4. Quod iobelea indulgentia plenissima sit: & quo iure id probetur, notab. 6. & quis eius inuentor, notab. 7. & à quo die incipitur annus iobeleus not. 24. & quæ indulgentiæ suspendantur per illum notab. 25. & quæ aliæ gratiæ notab. 28. & indulgentia instar iobeleæ quanta sit, notab. 26. 5. resol. vnde hoc verb. indulgentia, deducatur, & quid significet, & an sit vox Latina notab. 20. & aliquid not. 8. 6. diffinitio eius, prout in hac materia accipitur, exactior, quàm hæcenus in notab. 20. cum sua decia

declaratione, & multorum non parui ponderis illatione. 7. diuisio indulgentiæ, quotuplex sit illa, & quid plena, & non plena: & quòd plena diuidatur in plenam, pleniorē, & plenissimā, cum earum exactis diffinitionibus, & multis ad eam rem pertinentibus in notab. 19. 8. quòd indulgentiæ vtilēs sint, & etiā perfectis quærendæ, notab. 5. Quæ origo earum, & quàm antiquæ, not. 7. 9. resolut. quòd merita Christi quorum virtute satisfactiua maximè nituntur indulgentiæ, mira sunt, & infinita, not. 12. 10. resolut. quid sit, & qualis thesaurus ille indulgentiarum inexhaustus, & quòd ex meritis Christi, & sanctorum eius sit collectus notab. 13. 11. quòd thesaurus hic dispendi possit, & quòd aliter per sacramentorum collationem, aliter per indulgentias dispendatur, & huc pertinentia not. 14. 12. quid, quæ pœna per indulgentias condonetur, quid sit culpa, quid pœna, quid macula, quid reatus peccati: quæ absolutio à culpa, & pœna, & huc pertinentia not. 10. XIII. an condonato per pœnitentiam peccato, condonetur tota pœna ei debita: quidque purgatoriū, quod indulgentiæ præsupponunt esse, concludit. notab. 16. XIII. quid valeant indulgentiæ, & an quantum sonant, & an plus vni, quàm alteri, cum plurimis ad hæc pertinentibus, notab. 11. XV. an causa iusta concedendi indulgentiam requiratur, & an debeat esse sufficiens ad tantam indulgentiam, an ad aliquantam, & id genus alia, num. 9. XVI. quis possit indulgentiam concedere, tangitur in notab. 14. quatenus habet in prædicta Extrauag. Vnigenitus probari, Rom. Pontif. Petri successorem, esse dispensatorem thesauri indulgentiarum. Cui tamen addendum est primo, aliquos ob hoc dixisse, vt refert Palud. in 4. distinct. 20. q. 4. col. 6. neminem alium à Papa, auctoritate ordinaria posse concedere indulgentias: sed solum delegata, per fundamenta, per eum ibi recitata: quibus ipsemet responderet. Addo secundo, contrarium tamen cum eo videri tenendum, & dicendum, Roman. Pont. esse quidem primum, & summum huius thesauri dispensatorem: solumque posse plenam indulgentiam de illo depromere, & illam concedere, secundum Communem in d. c. Quod autem de pœnit. & remiss. non excluso tamen concilio œcumenico legitimè ꝑ coactio. Quia etiā illud hoc facere potest, secundum Panorm. in sermone super concil. Basilien. quem refert, & sequitur Felin. in sermone de indulg. col. fin. Quo iure vsus fuit prædictum concilium Basilien. cum in sess. 24. indulgentiam plenam, imò & plenissimam pro reductione Græcorum concessit: & ita intelligendum esse id, quod in d. Extra. de solo Rom. Pont. traditur. Addo tertio, etiā alios inferiores Papa, esse ordinarios: licet secundarios illius thesauri sanctissimi dispensatores, ad concedendas indulgentias minime plenas. Quorum primus, ꝑ est Legatus intra fines suæ legationis. Secundus, Patriarcha intra suum Patriarchatum. Tertius, Primas intra suum primatum. Quartus, Archiepiscopus intra suum Archiepiscopatum. Quintus, Episcopus intra suum Episcopatum. Hi enim omnes, & singuli conferre possunt indulgentias, modò nō excedant summam dierum 40. vel vnum annum in dedicatione Basilicæ, etiā si à pluribus dediceretur, iuxta ca. Cum ex eo. de pœn. & c. Nostro. eod. tit. & notat. à Card. in Clem. 2. de pœn. & remiss. Possunt autem hi conferre, etiā si non sint in episcopos consecrati, imò etiā si non sint presbyteri, modò iam sint legati facti, vel in episcopos, aut superiores dignitates electi, & confirmati, iuxta text.

Commen. De labeleo & Indulgen.

& ibi annotata in c. Transmissam. de elec. c. 6. v. Thom. communiter receptus probat in 4. dist. 20. & Card. S. X. hic art. 7. & Pan. etiam communiter receptus in fin. c. Accedentibus. de excess. prel. & Aug. Ab Anthon. de potest. ecclesi. q. 29. Quod ipsum est dicendum de prouiso per literas Apostolicas, cum presentatione, vel absque illa. Quoniam si is aequatur electo, & confirmato, secundum gloss. omnium iuris optimam, in c. i. verb. Prouisionem. de electio. lib. 6. licet etiam gloss. verb. Formam. c. Vt circa. eod. tit. & lib. & in Clem. fin. eod. tit. idem probent. Addo tertio, quod inferior episcopo eas conferre non potest. c. Accedentibus. neque vicarius episcopi generalis, neque capitulum, sede vacante, secundum Cald. in d. c. Nostro. de pœn. col. pen. & fin. late id probantem: etiam si consuetudo haberet contrarium. Quod late Catd. S. X. hic defendit in d. art. 7. tametsi finis. d. c. Accedentibus. de priuilegiis mihi contrarium suadeat, & putemque id cum Pan. ibidem esse verius, cum hoc non ad ordinis: sed iurisdictionis potestatem pertineat, per multa, quae in hoc adduci possent: quae causa breuitatis omitto. Sicut & tenendum est, inferiores clericos ex commissione Papae, vel Episcoporum indulgentiam concedere posse. Quia omnia, quae spectant ad iurisdictionem, sunt delegabilia iure pontificio, iuxta glo. receptam in cap. Peruenit. 97. dist. & notata in cap. Quod sedem. de offic. ordinari. Neque inferior parochus id potest, etiam cum poenitentem a peccatis absoluit, secundum Cald. ibi. col. 17. & Thomam communiter vbi supra receptum. Quamuis Inno. in c. Quod autem. & Angelus vbi supra contradicant. Quoniam iura in id citata, non probant, confessarium condonare posse poenitenti per viam indulgentiae quicquam: sed quod arbitrari possit poenitentiam minorem, quam a iure impositam, ad hoc, vt non teneatur in hac vita ad maiorem: Et etiam, quod de poena Purgatorii remittere potest aliquid vi clauium, & inducendo ad maiorem pudorem, & contritionem. Ex quo inferitur, abusus esse vsus eorum confessariorum, qui nullo ad id muniti priuilegio, suo, vel poenitentis, concedunt ei indulgentiam, iuxta aliquas absoluendi formas male compositas. Addo quinto, etiam episcopos, & superiores id non posse facere, si sunt excommunicati, schismatici, vel haeretici. Quia carent, vel suspensi sunt omni iurisdictione. c. Audiuius. 24. q. 1. c. Cum dilecti. de dol. & contuma. Quamuis non obstante peccato solo lethali id possint, perinde ac alij sanctissimi, secundum Thomam, & alios, vbi supra. Quia dare indulgentias, spectat ad iurisdictionem, quae per peccatum lethale non tollitur, neque suspenditur, secundum omnes. Addo septimo, Cald. in d. c. Nostro. disputantem per 4. columnas, & concludentem, quod episcopus vnus diocesis non potest concedere indulgentiam pro opere pio in alia diocesi faciendo: etiam de consensu episcopi proprii, vt grauiter dixit Specul. tit. de poenit. §. in 8. quamuis contrarium sine vilo scrupulo praesupponat Palud. vbi supra. Arbitror autem ipse, quod episcopus existens extra suum episcopatum, possit concedere hominibus eiusdem, indulgentiam intra suum episcopatum quaerendam, arg. eorum, quae notantur in c. Nouit. de offic. leg. Addo octauo, quod etiam episcopi, & superiores non possunt concedere indulgentias non subditis, exceptis primo, exemptis sui episcopatus, secundum Palud. in 4. d. 20. q. 4. col. pen. pro quo facit consil. 14. Fed. quicquid imponat ei Felin. in ca. Pastoralis. §. 1. col. 3. de offic. ord. Exceptis secundo,

his,

- his quibus à superioribus suis facta est facultas eas quærendi cap. Quod autem de pœn. & re. Superior autem quo ad id videtur etiam esse parochus, secundum Innoc. & glo. communius receptam ibidem. Exceptis tertio, saltem mediâ subiectis: quales sunt subditi suffraganeorum, respectu archiepiscopi cap. Pastoralis de offic. ordin. His enim archiepiscopus concedit. d. cap. Nostro. de pœn. Quamuis enim † episcopus possit facere participes bonorum, quæ fiunt in suo episcopatu, eos qui sibi non subiiciuntur, etiam inuitis eorum episcopis: sicut & prælati aliarum congregationum: quia id aliud est ab indulgentia, ut prædictum est in addit. 10. Non potest tamen eis concedere indulgentias, secundum Spec. de pœn. & remis. §. 1. nu. 6. Ex quibus infertur primo, vtile esse
- 14 consilium † Pan. in cap. Quod autem. de pœn. & remis. scilicet ut is qui vult peregrinari, & visere loca pia, munit se facultate sui episcopi ad quærendas indulgētias episcoporum alienorum. Secundo infertur, falsum videri id, quod quidam vir certè doctus, & acri iudicio, in suo tractatu de indulgent. vulgari sermone scripto, sine villo scrupulo affirmat scilicet indulgentias concessas ab episcopo, omnibus, etiam exteris ad suam diœcesim venientibus, prodesse, etiam si nulla in id facultate suorum episcoporum sint muniti. Addo 9. indulgentiam † concessam ab inferiore ultra modum in d. cap. Cum ex eo. præfixum, non valere, per cap. final. de pœnit. & remis. lib. 6. nisi quoad, id quod concedere potuit, secundum glo. Arch. Io. And. & Communem cōtra Io. Mon.
- 16 ibidem. Non memini † tamen (quod sciam) ius aliquod per quod fiat summo pœnitentiario, & aliis Cardinalibus facultas concedendi centum indulgentiarum dies, uti videmus eos cōcedere in bullis, seu diplomatibus, quæ Roma deferuntur multis sigillis munita: & de summo pœnitentiario id exprimit Palud. vbi supra. Nisi eam facultatem habeat viuz forsitā vocis oraculo eis factam, vel cōsuetudine, Papa sciente, actolerante, vsu captam, iuxta opinionē Panor. in cap. Accedētibus de excess. prælat. quam contra Cardinal. hic, supra fuimus sequuti. Sicut etiam aliquot verbi Dei cōcionatores, habent priuilegium concedendi indulgentias auditoribus suis: quas tamen non quærent, si ipsi obliti
- 18 fuerint eas eis concedere. Addo 10. † posse tamen quemlibet etiam laicum sua merita communicare alij, etiam quoad vim satisfactoriam: Prælatos item inferiores cuiusque congregationis, posse communicare merita suarum congregationum, pro benefactoribus suis facta. Quia id non est concedere indulgentiam, ut ex diffinitione eius posita in nor. 20. colligitur, & ex Thoma communiter recepto, qui in 4. diff. 20. relatus hic per Card. & alios alibi, in hæc ferè verba scripsit: (Indulgētia, effectum habent, secundū quod opera satisfactoria vnus, alteri computantur, non solum ex vi charitatis: sed ex intentione operantis, aliquo modo directā ad ipsum) Intētio verò alicuius potest ad alterum
- 19 dirigi † tripliciter: aut in generali, aut in speciali, aut in singulari. In singulari quidē, ut cum quis pro alio determinato satisfacit, & sic quilibet potest alteri opera sua communicare. In speciali autem, cum quis orat pro congregatione sua, & familiaribus, & benefactoribus: & ad hoc ordinat etiam opera sua satisfactoria. Et sic ille, qui congregationi præest, potest opera sua alteri communicare, applicando intentionem illorum, qui sunt de cōgregatione sua, ad hunc, vel illum determinatē. In generali verò, sicut cum quis opera sua ordinat

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

- ecclesiæ vniuersæ: & sic qui præest ecclesiæ vniuersæ, potest illa opera communicare, applicando intentionem suam ad hunc, vel illum. Et quia homo est pars congregationis, & congregatio pars ecclesiæ: ideo ille, qui præest ecclesiæ, potest communicare ea, quæ sunt congregationis, & huius hominis: & ille, qui præest congregationi ea, quæ sunt huiusmodi hominis: sed non e contrario.
- 10 Aduertendum autem est, † quòd nec prima communicatio, nec secunda dicitur indulgentia: sed solum tertia.] *Haftenus Thomas.* Ex quibus inferitur primo, eum, cui alicuius sodalitiij, vel confratriæ bona communicantur, non absolui ab obligatione agendi pœnitentiam à confessario sibi pro peccatis iniunctam, etiam si per illam communicationem esse quitus fortè sit, quoad Deum, remissionem omnem pœnæ in purgatorio per eum subeundæ. Quoniam neque absolueretur, si alius pro eo tantundem pœnitentiæ, quantum est sibi iniunctum, ageret. Secundo inferitur, suspensis indulgentiis non esse suspensam facultatem, quam quis habet ad comunicandum sua propria, vel suæ congregationis bona alicui, vel aliquibus. Quoniã † aliud est indulgètia, aliud est hæc communicatio, vt ait Tho. receptus. III. inferitur, per bullas, quas appellant Cruciatæ, siue de cruciata & alias similes, suspendentes omnes alias
- 21 indulgentias *quod frequentissimum est in Castella* non † videri suspensam facultatem, quam monasteria, & ordines habent, recipiendi aliquos in fratres suos spirituales, & comunicandi eis sua bona spiritualia, & dandi literas (quas appellant) cõfratriæ. Quod est quotidianum, & certè verum, licet sciam, quæstoribus Cruciatæ Castellæ, aliquando id ingratum fuisse. Et eadem ratione hoc anno iobeleo fieri posse has communicationes cum literis cõfratriarum, & sine illis: non obstante Extrauag. Quemadmodũ supra transcripta, not. 24.
- 22 Quarto inferitur, quod licet indulgètia † vno respectu sit vtilior, quàm receptio ad bona, & merita alicuius cõmunitatis vel vniuersitatis: altero tamen est inutilior. Vtilior quidem, eo quòd per indulgètiã certius, & efficacius soluitur pœna peccatis debita, Quia nititur thesauro infinito, & qui deficere non potest, per dicta in notab. 13. Per receptionẽ autè ad merita alicuius cõmunis, siue cõmunitatis non soluitur pœna, per eum debita, nisi tantum meriti satisfactorij supersit illi cõmunitati, quantum ad id sufficiat. Quæ res incerta est, cum merita illa sint finiti valoris. Inutilior autem est indulgètia, quam hæc communicatio, qua parte indulgentia solum prodest ad satisfaciendum pro pœna, vel pœnitentia in hoc, vel alio seculo subeunda: receptio verò prodest, non solum ad satisfactionem pœnæ in alio seculo subeundæ: sed etiam de congruo ad augmentum gratiæ gratum facientis habitæ, & ad præparandum se, ad recuperandam eam, iam perditam, ad firmiter benè operandũ, ad fortius dæmoni, mundo, & carni resistendum, & id genus alia, arg. eorum, quæ de
- 24 communionẽ † bonorũ latius scribimus in parergis cap. pœn. de sent. excom. Quæ cum hac repet. simul & cõponuntur, & mox excudètur. Indulgètia item non prodest, nisi ad pœnæ remissionẽ: Comunicatio verò bonorũ operum sic, etiam ad gratiæ acquisitionẽ, secundum Tho. vbi supra. XVII. est abolitio
- 25 quæstionis, quæ in † hac repetitione nondũ occurrit, de reuocatione indulgentiarum scilicet quòd per mortem concedentis non reuocatur, secundũ Innoc. singulariter in c. Quod translationem de offic. legat. cõmuniter receptum. Pro quo

quo est regula. Decet. de reg. iur. lib. 6. cap. Si super gratia. de offic. deleg. lib. 6. & glo. sing. cap. fin. de offic. legat. cōmuniter recepta, quæ habet, indulgentiam concessam à legato ad refectionem alicuius pontis, durare etiam eo mortuo, reuocato, vel recedete: Sicur nec literæ salui conductus pereunt mortuo concedente, secundum Domi. in cap. fin. nu. 7. de rescript. lib. 6. Nec licentia celebrandi † in loco non consecrato, à vicario Papæ, secundum Rotam in antiq. decif. 880. Per quod, idem nos respondimus, de licetia celebrandi extra locum sacrum ab episcopo cōcessa. Nec licentia recipiendi ordines, vt sapissime respondimus, secū dūm Card. in d. Clem. final. q. 5. Neque vlla gratia Papæ iam signata, per mortem eius ante literarum expeditionem, secundum Rotam in antiq. dec. 882. & tradita à Fel. & Deci. & Ripa in rub. de cōstit. Neque denique
 27 vlla licentia, secundum Card. vbi supra. † Destructo tamen loco, cui cōceduntur indulgentiæ, censentur reuocatæ, secundum Palud. in 4. dist. 20. q. 4. col. 5.
 28 Reuocatio verò, † vel suspensio expressa, indulgentiæ perimit, vel suspendit eam, arg. d. Extrauag. Quemadmodum & Clem. Dudum §. Nos etenim de sepult. Attamen non nocet, donec sciatur, secundum Domi. in c. 1. de concess. præb. lib. 6. nu. 8. arg. l. Si procuratorem ff. de procur. l. Si mandasse ff. manda. & l. Sed si pupillus §. de quo palam ff. De instit. actio. & idem videtur eadem ratione de suspensione: quod in Castella quotidianum est. Sic licentia concessa religioso ad consentiendum electioni, non expirat morte concedentis, secundum Cardin. singulariter in Clement. final. q. 5. de electio. nec licentia non se promouendi ad presbyterium, iuxta cap. Licet canon. de electio. lib. 6. secundum glo. singul. cap. Cum ex eo. eod. tit. & lib.

XVIIII. est, quòd ad indulgētiā multa requiruntur. Primum iusta causa
 29 notab. 15. Secundum contritio. Nec placet † illud Syl. in q. 7. quod licet ipse non dicat, antea fuit Palud. vbi supra col. pen. scilicet infectum lethali peccato, posse querere pro tempore, quo futurus est in gratia: quod est cōtra Tho. ibi. & contra dicta in dicto notab. 17. Acquisitio enim indulgentiæ, neque est sacramentum, neque sacramentale, vt palam est: & ita recedente fictione non operatur, vt illa iuxta c. Tunc valere de consec. d. 4. & quæ ibi diximus. Tertium
 30 confessio, † quando conceditur contritis, & confessis not. 18. Quamuis Syluester dicat, contrarium fuisse declaratum in Concil. Constantiens. secundum quendam fratrem sui ordinis in quodam libello manu descripto ab eo relatum. Ipse tamen id non inuenio in concilio: neque Cardinal. Caieta. neque Card. à Turrecrem. id meminerunt: licet vterque sit ordinis prædicatorij: & vterque contrarium teneat, vt in d. notab. 18. dicebam. Quod non memini confirmare ibi ex eo, quòd tam Syluest. quam ferè omnes tenent, quòd indulgentia concessa contritis, & ore confessis exigit confessionem factam: at inter confessum, & ore confessum, nihil mihi distare videtur. Quando quidem ore
 31 facienda est confessio, non pede. Quartum subito operis, vel datio rei, ob quam indulgentia conceditur per acta. Quia non sufficit propositum, not. 21. † Quintum, propositum satisfaciendi pro peccato in hoc seculo, de vtili & optimo consilio, licet non necessario, not. 19.

XIX. quæ indulgētia, & quantū, & quādo, & cui mortuorū proffit, notab. 22.
 XX. quòd varia indulgētiarū plenariorū forma, variū effectū producit, not. 30.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

- 32 XXI. quibus indulgentiæ profunt. Nam † 5. notab. habet, prodesse etiam perfectis, ac per consequutionem & religiosis, qui de prælatorum suorum licentia dant, faciunt, subeuntue id, quod pro ea quærenda, secundum tenorem bullæ est necessarium. Quia secundum Thom. in 4. dist. 20. q. 4. artic. 2. non sunt minus adiuuabiles meritis sanctorum, quàm alij: non tamen per eas remittuntur illis imposita in foro capituli. Quia illud, vt ille ait, quasi iudiciale est, & non pœnitentiale. Propter indulgentias tamen quærendas, obseruantia regularis non debet dissolui. Quia licet illæ plus valeant quoad remissionem pœnæ, quàm obseruantia: hæc tamen plus prodest quoad acquisitionem præmij, quod est melius, quàm illæ. Profunt etiam mortuis, quando tenor concessionis id continet. Profunt etiam concedentibus, vt in not. 20. num. 18. subtiliter defenditur. Quia, secundum Tho. vbi supra q. 5. artic. 4. communiter receptum: licet prælatus non possit sibi soli indulgentiam dare: quia causa, vt se prouocet ad ea, quæ vergunt in Dei honorem, & vtilitatem ecclesiæ, gratia cuius datur, non est iusta: quia horum cura est illi commissa: tamen ea, quam dat alijs, vti potest sub eadem forma. Quod etiam Cald. in d. c. Nostro. col. 18. & Gem. in d. cap. Indulgentiæ de pœnit. & re. lib. 6. tenent: & facit illud doct. in cap. Per venerabilem qui filij sint legit. scilicet quòd princeps legitime potest filios suos, non tanquam pater: sed tanquam princeps. Et ad argumentum contrarium, respondimus nouè in d. not. 20. † Profunt etiam vni viuo per ministerium alterius viui, si id continet gratia: qualem tamen nunquam vidimus, neque audiuius. Quo fit, vt parum prudenter faciant, qui mittunt alios ad loca, in quibus quærentur indulgentiæ visitantibus ea, vt singulariter ait Abul. Matth. c. 16. q. 60. Quamuis enim rectè faciat, & mereatur id faciens: tamen stultè credit prodesse sibi ad indulgentias quæ solis illò euntibus quærentur. Non profunt tamen lethali peccato infectis, quoad remissionem pœnæ, secundum omnes: imò neque quoad acquirendam gratiam, secundum Tho. vbi supra, contra quosdam. Quia per indulgentiam non dispenduntur merita quo ad hoc, sed solum quo ad remissionem pœnæ, & ita illam tantum operantur. Non omnis ff. Si cert. pet. XXII. quòd indulgentia, † quæ datur danti, vel facienti aliquid indeterminatum, puta manus adiutricis porrigenti, vel oranti, ab illo solo quæritur, qui dat facitue, prout suæ personæ congruit. Pauperi quidem danti parum, diuiti verò danti multum & tamen, qui minus, quàm decet, dat, aliquid
- 34 ex ea quærit, & si non totum, secundum omnes. Dixi, *indeterminatum* † quia si quod faciendum, dandumue fuerit, est determinatum illud omnino subeundum est, vt in notab. 19. est dictum. Quin & secundum communem opinionem non refert quoad indulgentiam, & pœnæ remissionem, an fiat cum magno labore vel paruo: Quia indulgentia non proportionatur labori: sed, meritis dispensatis, licet referat quantum ad meritum. Vnde secundum Thom. vbi supra q. 3. artic. 4. clerici, & alij ecclesiæ vicini, tantam indulgentiam querunt, quantam è longinquo venientes, nisi aliud exprimat in concessionis forma: sed non tantum cæteris paribus merentur. Quam ipse conclusionem limitandam censeo, vt procedat cum id, quod determinatur faciendum, vel dandum, mediocriter datum, vel factum, est iusta causa concedendi totam indulgentiam, & mediocriter fit, vt illa tota quærat: non autem aliàs. Quoniam id, quod ex se non est iusta causa concedendi certam
- indulgen

indulgentiam, tanta cum charitate, & religione dari, fieriue potest, vt iusta efficiatur causa eiusdem: e contrario id, quod ex sese iusta est indulgentiæ concessæ causa, si mediocriter detur, vel fiat, tam frigide, tamque parum religiose fieri posset, vt desinat esse iusta, secundum ea, quæ nouè: sed vtiliter in notabili 15. diximus.

36 **XXIII.** quòd grandis videtur † differentia inter indulgentiam perennè: qualis est quadraginta dierum concessa, visitantibus ecclesiam beati Petri vrbis Romæ: & inter indulgentiam concessam, pro certo tempore determinato: quales sunt quas videmus passim concessas, certis locis pro certis diebus, à vespèris in vespèras eos visitantibus. Prior enim sapius quæri potest: posterior verò semel tantum; secundum Thom. in 4. dist. 20. q. 3. art. 2. cuius opinio videtur sequenda. Tum, quòd vsu recipitur, & vsus est optimus legum interpret. cap. Cum dilectum. de consuetud. l. Minime. ff. de leg. Tum, quòd Palud. & Communis eam ibi sequitur. & Domi. & Perusi. in c. final. de pœnit. & remiss. lib. 6. licet Archi. ibidem, & aliquot alij alibi contradicant, Palud. tamen vbi
37 supra † subdit, quòd perènes eodem die bis quæri nequeunt, ne ludibrio esset indulgentia, si quis eam sæpissimè eodem momento ingrediendo, egrediendoque ecclesiam lucrifaceret. Et ne sine iusta causa videretur cõcessa, quæ tam leuiter lucranda proponeretur, contra dicta in not. 15. Quæ tamen ratio, non concludit in eo, qui statutis horis, vel aliis vadit ad ecclesiam, talem ad orandum, vel audiendum verbum Dei, non causa fraudis, neque irrisiõnis, sed deuotionis ad id motus. Quare verius videtur id quod Felin. non facta mentione de Palud. ait post Lya. f. quòd bis, & pluries potest quæri eodem die indulgentia perennis: Sed non toties, & tali modo, vt fraus quædam, & irrisio videatur.

38 **XXIII.** quòd, vt supra in notab. 10. diximus, per indulgentiam † dierum, vel annorum iniunctorum, solum condonantur dies, & anni pœnitentiarum iniunctorum à confessario in foro pœnitentiali: ideoque nihil eorum lucrificari ab eo, cui nihil eorum est impositum. † Et quod sensus illius dicti Hostien. in c. Cum ex eo. de pœnit. f. Dies indulgentiarum esse vtilis: annos vero continuos, secundum Ioan. Andr. Pan. & Commu. Ibidem, est, quòd per indulgentiam certi numeri dierum simpliciter concessam, tollitur pœnitentia totidem dierum: etiam si dies pœnitentiæ non essent cõtinui: sed interpolati: ita vt per indulgentiam 40. dierum non solum censeantur condonati. 40. dies pœnitentiæ, implendæ 40. diebus continuis: sed etiam implendæ 20. hebdomadis: per indulgentiam autem vnus anni, non tollitur, nisi pœnitentia vno anno implenda, etiam si solis quinquaginta diebus esset in eo pœnitendum: vt quia ita data est annalis pœnitentia, vt singulis quartis, & sextis feriis sit tantum orandum, vel ieiunandum. Ex quo inferitur primo, aliquos nouiores id parum aptè
40 explicasse. II. quòd aliquando indulgentia 40. dierum tantum † tollet, quantum indulgentia anni: & aliquando indulgentia anni plus, quàm indulgentia trecentorum dierum. Quia indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, vt in
41 not. II. est dictum. III. † quòd plurimum refert, an indulgentia vnus anni de iniunctis pœnitentiis, an indulgentia vnus anni simpliciter concedatur. Quia prior potest continere plures vel pauciores dies, prout pluribus, vel pauciori-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

- bus diebus anni iniuncti, iussisset confessarius pœnitere. Posterior verò videtur continere 365. dies. Quia totidem continet annus, iuxta glo. c. Quam sit. de electio. lib. 6. in verbo Mensem. III. quòd licet grandis sit differentia inter indulgentiam certi numeri dierum iniunctorum, & indulgentiam certi numeri dierum simpliciter concessorum. Quia, vt in notab. ii. diximus, per hanc condonatur pœna, † etiã si non sit iniuncta pœnitentia: per illam autem non.
- 42 Maior tamen est inter indulgentiam certi numeri annorum iniunctorum, & indulgentiam certi numeri annorum simpliciter. Quoniam per hanc semper censetur concessa indulgentia 365. dierum: per illam autem nihil, si nullus annus pœnitentiæ est iniunctus. Præterea si qui anni sunt iniuncti, non condonatur pœnitentia tot dierum, quot annos habet: sed tot dierum vnus anni, quot iussu sit à confessario pœnitere.
- 43 XX V. † quòd is cui certus dierum, vel annorum numerus pœnitentiæ iniunctus est, non tenetur explere illam, si totidem indulgentiam ritè fuerit consecutus. Quia indulgentia æquipollet satisfactioni pœnitentiali. c. Cum ex eo. de pœnit. quatenus habet, per indulgentiam eneruari pœnitentialem satisfactionem: quod non contingeret, nisi obligationem eam implendi tolleret. Contra quòd obstat is nouus scrupulus, quod nemo scit certo, an quis fuerit indulgentiam. Quia nemo scit, an sit odio, vel amore dignus. Ecclesi. 9. cap. final. de purg. cano. & nemo, qui non est in charitate, querit indulgentiam Extrauag. 1. & 2. de pœnit. & remiss. Sed respondeo, quòd satis est quòd probabiliter putet se quærisse indulgentiam, non quoad hoc, vt verè condonetur ei pœna in purgatorio luenda. Quia illa non tollitur, nisi verè indulgentiã quæserit: sed sic quoad hoc, vt ipse liberetur ab obligatione faciendi pœnitentiã iniunctam. Sicut & confessio informis habita probabiliter pro informata, excusat ab iteranda confessione, secundum Thom. in 4. d. 17. q. 4. art. 1. communiter receptum. Et assumptio sacramenti Eucharistiæ ab existente in peccato mortali, putante se esse in statu gratiæ, absoluit assumptem ab obligatione, quam habeat tunc assumèdi, iuxta c. Quotidie. & ea, quæ ibi diximus, de conf. d. 2. Quod vt quotidianum, ita & memorabile duco. Omnium † tamen, tum Theologorum, tum Canonistarum vna est sententia, consulendum esse, ne quis ob indulgentias ab pœnitentiæ operibus cesset. Quia vt Thom. receptus ait, in 4. dist. 20. opera pœnitentiæ non solum sunt in satisfactionem: sed etiam in remedium contra peccata: præcipuè quia interdum quis debet plura, quàm credat. Tum etiam, quia nescitur, an sacerdos pœnitentiam debitam totam iniunxerit: & communiter, an ad aliquid ab eo non iniunctum, & per consequentem per indulgentiam aliquãdo non relaxatum, teneamur. XX. quòd religiosi indulgentias † indiscretas prædicantes peccant lethaliter. Clementi. 1. §. 1. de priuileg. quo sub virtute obedientiæ, & maledictionis æternæ prohibentur id facere, indulgentiæ autem dicuntur indiscretæ, primo, non concessæ, per glof. eiusdem Clement. verb. Indiscretas. probatam ibidem per omnes. Secundo, illæ, quæ concessæ quidem sunt: concedi tamen non potuerunt ab eo, qui eas concessit. Quia taxam ca. Cum ex eo. de pœnit. excedebant, secundam Paulum à Leazaris, quem sequuntur Iohán. Imol. & Card. in 6. notab. & in quæst. 2. & Bonifa. col. 10. Tertio, quæ probari non possunt, vel literis Papæ,
- si ab

fi ab eo sunt concessæ: vel literis concedentis, aut testibus, quando ab alio inferiore, secundum prædictos. Addo tamen eis primo, quod hoc tertio casu non peccaret, præsertim lethaliter in foro conscientie religiosus, qui sciret verè esse concessas ab eo, qui poterat, aut iudiciis probabilibus id crederet. Tum, quia lex fundata in præsumptione, quoad forum conscientie cessat, quando veritas ei est contraria. cap. Tua. de sponsal. vt in relectio. cap. Ita quorundam. de iudæ. notab. 10. dicebam. Tum, quod coram Deo, qui omnia nouit. c. Nouit. de iudi. non sunt indiscretæ, si sunt verè, ac benè concessæ. Nec temerè facit, qui iudiciis probabilibus id credit, arg. c. 1. c. Afferte. & c. Illud. de præsumptio. Tum quod alioqui quàm plurimi concionatores, qui in suggesto existentes, rogantur per schedulas, vt publicent indulgentias sibi ignotas illo, vel illo die: illo, vel illo loco quærendas, peccarent. Quod mihi durum viderur. Addo secundo, indiscretas etiam videri indulgentias, quæ sine iusta causa conceduntur, per ea, quæ in notab. 15. diximus, quod sentit c. Cum ex eo. de poen. & remis. quarum tamen prædicatores religiosi, non videntur peccare. Quippe qui de superiorum facto iudicare non debent. c. Inferior. 21. dist. & c. Cum inferior. de maior. Addo tertio, quod quamuis illa Clement. de religiosis tantum loquatur: & quamuis illi sic prædicantes plus, quam alij peccent: non tamen alios clericos, & à fortiori laicos id facientes, à peccato excusari, non quidem per illam Clementi. sed per rationem, qua illa nititur. Quod videtur sensisse Diuus Antoni. dum in 3. parte tit. 18. cap. 4. illam Clement. ad omnes prædicatores
46 extendere viderur. XXVII. quod quæstores † eleemosynarum, & pecuniarum, quæ ad indulgentias assequendas dantur, multipliciter errant. primum quidem contra concilium generale, quod in d. cap. Cum ex eo. de poenitent. postea quàm scripsit formam literarum, quibus Sedes Apostolica indulgentias concedit, in hæc verba de illis edixit: *Qui autem ad quærendas eleemosynas destinantur, modesti sint, & discreti: nec in tabernis, aut in aliis locis incongruis hospitentur. nec inutiles, aut sumptuosas faciant expensas, cauentes omnino, ne falsa religionis habitum gestent.* At contra, plurimi eorum sunt immodesti, potui, & etui, & vrinam non libidini dediti: cumque sint laici, & coniugati, pileo rotundo, tonso capillo, & corona, quod peius est, rasa, simulant se in sacris constitutos, vt ex suggesto prædicent in terris à suis municipiis longè semotis. Deinde quod toti sunt in haurienda per fas, aut nefas pecunia. Qua prius eleemosynarum prouentum conducunt, aut redimunt à monasteriis, & aliis piis locis, pro quibus quærantur, & postea eas quærant. Et quia lucrum, vel damnum eis torum cedit, multas abusiones proponunt in suis prædicationibus, vt simplices decipiant & aurum subtili, vel fallaci potius ingenio extorqueant, vt habet. d. Clement. 2. de poenitent. & remissio. III. quod cum eorum officium non sit prædicare: sed charitatis subsidia suppliciter petere, & indulgentiam exponere. cap. Vt officium. §. Compescendi. de hæret. lib. 6. ipsi tamen prædicant contra d. Clement. 2. de poenitent. IIII. quod, vt eadem Clement. in §. 1. subiungit: *Non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum, indulgentias populo, motu suo proprio de facto concedunt, super vortis dispensant, a periuriis, homicidiis, & peccatis aliis, sibi consentis absoluant.* V. quod aliquot eorum, qui habuerunt pri-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

uilegia faciendi aliquid prædicatorum, vruntur, vel potius abutuntur eis, cum sint reuocata per d. §. l. d. Clem. 2. V I. quòd tempore messis, & tritura in regno Castellæ diebus profectis compellunt miseròs agricolas venire ad suas conciones audiendas, & operas suas perdere, contra l. 2. tit. 8. lib. 1. ord. eiusdem regni. V II. quòd eosdem volentes, nolentes, compellunt ad accipiendas indulgentiarum bullas, vocando eos ad conciones importunas, & compellendo, vt veniant per censuras ecclesiasticas, etiam de vno pago ad alium, quòd pluris eis constat, quam ipsa bulla, contra l. 9. tit. 12. lib. 3. ordi. eiusdem regni, & pragmati. Pintia; vel. Vallesolerti factam; anno 1523. l. 10. & aliam Madritiam anni 1528. l. 88. eiusdem regni. V I I I. quòd cum pecunias pro bullis indulgentiarum acceptis debitas, vel permissas via ordinaria petere debeant, iuxta l. 11. legum Pintia. ipsi tamen per censuras & captionem inhumanam pignorum: & etiam interdum culcitra vilissima, quam miser rusticus habet vnicam, vel straguli similis: Imò, & in defectum, omnium aliorum bonorum, vsque ad ianuam domus. Quas omnes culpas populus vexatus, in Rom. Pontif. & Regem immerito reicere solet. Tum, quia Rom. Pontif. qua parte potuit, his abusionibus viam præclusit, in d. Clem. 2. quatenus in principio eius prohibuit, ne vlli quæstores admittantur sine literis Apostol. per diocesanos examinatis, vel sine literis ipsiusmet diocessani. Quatenus item verat, ne vllatenus populo prædiceret: sed solum indulgentias concessas ei insinuet: & subsidia simpliciter ab eodem postulent, neque aliud, quam quòd in bulla continetur, exponant. Quatenus item in §. 2. eis multa prohibet in 4. abusu superius citata. Quatenus item tollit eis omnia priuilegia faciendi ea. Quatenus item in §. Quæstores. statuit, vt illi, non obstante quocunque priuilegio, possint ab ordinariis castigari. Tum etiã, quia catholica regum Castellæ maiestas multis, quas præcitauimus, legibus multa dedit remedia: & adeò quidem, vt in d. l. 9. lib. 3. ordin. statuerit, vt non impleatur eius iussio, qua bullarum prædicatoribus faciat facultatem compellendi populum, vt ad eorum concionem, etiam relictis suis operibus, conueniant. Tum, quia commissarij, siue delegati generales bullarum, quas Cruciatas appellant, & similia à regia celsitudine, vel proceribus eius moneri solent, vt ex præscripto instruat quæstores, & prædicatoribus bullarum, quid, & quo ordine, quaque modestia populis proposituri sint vel exposituri, & à quibus abstinere debeant, vt mihi pridem commissarij ipsi dixerunt, addentes se id diligenter efficere solere. Quare bonam horum excessuum partem in parochos, vel decuriones, aut rectores populorum reicerem: eo quòd ante omnia non petunt à prædicatoribus, & quæstoribus ipsis fieri copiam videnti instructionem à commissario generali eis datam, quòd sciant, in quibus eis parere debeant, & à quibus ipsi sibi temperare. Quòd semper vt faciant, etiam atque etiam eos rogo. Illud item admoneo, quòd contra Rom. Pont. & Cesaris mentem hi quæstores grauissime aliquando delinquebant, cum ipse adhuc Salmantica; agerem, in eo, quòd cum ob nouas indulgentiarum bullas ad triennium datas, præcedentes omnes frequenter suspenderentur, cum ea clausula, vt acceptanti nouam omnes essent vtilis: & primo anno triennij prædicaretur noua, & acciperetur, postea secundo, vel tertio anno eandem bullam in eodem oppido prædicabant, tanquam nouam, & ipsam præcedenti anno prædicatam

dicatam, & acceptam suspendentem: & ideo miseri putantes suspensas esse, quas precedenti anno acceperant, eandem pro alia accipiebant. Hæc quætorum immodestia, & scâdalosus excessus iam dudum in causa fuit in Germania, vt indulgentiæ reiicerentur: vtinam eorundem emendatio, & renouatio in Hispania efficiat, vt ab ea magis, magisque indies æstimentur. Amen.

47 XXVIII. quod † indulgentia concedi potest ob causam, quæ gloriam Dei, vel sanctorum honorem, vel vtilitatem Christianismi respicit, siue res in se temporalis & in opere exteriori consistens: siue spiritualis, qualis est oratio, secundum ferè omnes post Thom. in d. dist. q. 3. artic. 3. Neque committitur symonia, cum pro causa temporali datur. Quia, vt Thom. receptus ait ibidem, non datur pro temporali, quatenus est temporale sed quatenus ordinatur ad spiritualia: ad quæ constat ordinata esse temporalia: & his ob ea nos vti debere, arg. cap. Si quis obiecerit 1. q. 3. & annotatorum in rubri. de iure patro. Quæ ratio tamen si communiter recepta est, oppugnari tamen neruose potest per ea, quæ in cap. Significatum de præbend. super glo. scripsimus quæ breuitatis cauta ibi legenda, cui volet, omittimus.

XXIX. quod † quamuis, vt dictum est in not. 15. purgatorium non possit à Papa pro eius libito euacuari: tales tamè, & tam pauca animæ possent esse in eo, vel tot viui possent facere requisita ad indulgentiam pro mortuis concessam, quod omnes in eo manentes vno, & eodem die liberarentur, secundum mentem communem in locis prædictis: Neque obstant illa multa, quæ præ cæteris attulit August. ab Ancho. de potest. eccl. q. 32. artic. 3. quæ in summam redegit Anto. 3. part. tit. 22. cap. 5. §. 6. Tum quod nos loquimur de animis habentibus meritum conditionale, quod ille vocat, quod sint aliqui, qui pro eis in hoc sæculo faciant ea quæ concessio indulgentiæ illis quærenda, requirit. Tum quod negari potest, vt mox dicâ, eius subtile dictum scilicet quod possunt esse animæ in purgatorio, quæ nunquam fuerint sub potestate Papæ: puta qui ante baptismum iustificati obierunt obligati ad purgatorium: vel responderi, quod ex illo non sequitur, non posse illas per indulgentiam Papæ iuari, arg. cor. 1. quæ super diffinitione indulgētix, in notab. 20. diximus. Tum quod non obstat dicere, sequutum me fuisse in not. 21. Thom. à Vio dicentem indulgentias eis solis prodesse, qui pœnitentiam debitam secundum diuinam iustitiam pro peccatis suis in hoc sæculo agere, vel per indulgentias redimere explicitè, vel implicitè decreuerunt. Tum, quia id non affirmavi vt necessarium, & præceptum, sed vt valde vtile & consulendum.

An autem vlla anima possit esse in purgatorio, quæ antequam exiret è corpore non fuisset Papæ subiecta; sicut palam præsupponunt August. ab Ancho. in d. q. 32. art. 3. de potest. eccl. & Diuus Anton. 3. part. tit. 22. cap. 5. §. 6. Videtur, quod sic. Primum, quod illi grauissimi patres id sine vlllo scrupulo præsupponunt. Deinde, quod baptismus, est ianua aliorum sacramentorum cap. Veniens de presbyt. non baptizat. Tertio, quod per baptismum aggregatur quis ad cœtum fidelium, secundum Thomam, 3. parte q. 70. artic. 1. & in d. 18. q. 2. artic. 3. q. 3. III. quod qui non est baptizatus excommunicari non potest, secundum Thomam in d. dist. 18. q. 2. artic. 3. q. 3. & Doctrinam receptam Dominici in cap. Romana §. In vniuersitatem de sententiæ excommuni. lib.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

6. & non alia ratione, quam quòd nondum baptizatus non subest iurisdictioni spiritali ecclesie: Ergo quis, etiam si sit cathecumenus & gratia Dei iustificatus ante baptismum, non videtur ecclesie potestati subesse. V. facit, quòd ante baptismum non iuuatur ecclesie beneficiis, vt post Alexand. Halen. ait Card. S. X. in cap. Quando de consec. d. 4. VI. quòd in die Parasceues ecclesia orat pro cathecumenis tanquam pro eis, qui nondum sunt Christiani effecti: Et quòd in relectione cap. Nouit. de iudi. not. 6. num. 31. diximus, omnem Christianum, quatenus Christianus est, esse rem quandam spiritualem, propter characterem illum baptismalem in baptismo ei impressum: qui cum desit cathecumeno, non potest iuste appellari Christianus. Sed contra dicendum videtur. Primo quidem, quòd de necessitate salutis est subesse Roma. Pontif. secundum Thom. contra error. Græcor. cap. 63. qui non latuit Felyn. in cap. 1. col. 2. de constit. & facit illud cap. Cuncta per mundum 9. q. 3. Ergo repugnat, quem esse iustum, siue habere animæ salutem, & non subesse Papæ. Deinde, quòd proprius est membrum ecclesie iustificatus, & gratia Dei gratum faciente ornatus, quàm baptizatus lethali peccato infectus, iuxta cap. Non dubito. & cap. Est vnitas de consecrat. d. 4. & latissimè tradita à Ioh. de turre cremat. de potestat. eccles. lib. 1. cap. 55. 56. 57. & 58. At baptizatus malus, est membrum ecclesie Dei, licet aridum, vt ibidem copiosissime probatur: & conuincit tex. in cap. sicut vrgeri 1. q. 1. Ergo à fortiori constitutus in gratia Dei, & iustificatus nondum baptizatus. Tertio, quòd extra ecclesiam non est salus, neque remissio peccatorum, iuxta principium Extrauag. Vnam sanctam de maior. Neque vllus saluatur, nisi subfit Christo capiti, & eius vicario, vt ibidem in versicul. *Hec est.* & annotauit ibidem glo. memorab. in verb. *Vnius.* Qui ergo fiet id, quòd August. & eum sequutus Antoni. aiunt scilicet vt quis mortuus sit in purgatorio, qui viuus, nunquam fuit Papæ subiectus: Cum nemo in purgatorium descendat, nisi qui obierit in gratia arg. cap. Qualis 25. dist. & nemo possit illam habere, nisi intra ecclesiam: & nemo possit esse intra illam, quin vicario Christi sit subiectus, per d. Extrauag. Vnam sanctam de maior. & per illù arti. Symbol. *Vnam sanctam ecclesiam catholicam.* II II. facit c. Ante baptismum & c. Ante viginti cum multis sequentibus de consecrat. dist. 4. quibus significantur cathecumeni subesse ecclesie, aliqua saltè ex parte. V. quòd qui baptismum nimium differunt, peccant, vt probat cap. Quando de consecrat. dist. 4. & tradit Thom. 2. part. q. 68. artic. 3. non solum ob transgressionem legis diuinæ: sed etiam ob transgressionem legis humanæ, si qua esset, quæ præscriberet tempus, secundum Thom. de Vio in d. artic. 3. Ergo, antequàm baptizetur, potest quis esse Papæ subiectus. Quandoquidem lex non ligat non subditos illius laxori. c. 2. de constit. lib. 6. VI. quòd videtur ecclesia præscribere legem cathecumenis, vt certis diebus certa quædam faciant cap. Ante baptismum & cap. Ante 20. dies de consecrat. d. 4. Imò & legem posuit, vt certo tempore anni baptizarentur cap. Duo & cap. De cathecumenis ead. dist. VII. facit, quòd illud Psal. 118. *Participem me fac Deus omnium timensium te* probat secundum omnes, quòd merita cuiuslibet existentis in gratia, profunt cuiuslibet alij existenti in eadem, sine alia operantis intentione, ob solam vnionem charitatis: Et quòd probat etiam articulus Symboli (sanctorum commu

communione) vt etiam declarat Tho. in expositione Symbol. & Cardinal. S. X. hoc in §. In Leuitico. artic. 5. de poen. dist. 7. & Thom. cōmuniter receptus in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. q. 1. cuius verba retulimus supra co. notab. nu. 18. At quia iam est iustificatus, antequam baptizetur. habet charitatem, & participat de spiritu Christi: ergo habet prædictam communionem: ergo est intra ecclesiam: & per consequentem prædici vniuersæ ecclesiæ subiicitur. VIII. facit, quod triplex est baptismus scilicet fluminis, sanguinis, & flaminis cap. 2. cum glo. de presbyt. non baptizat cap. Baptismi vicem adiuncta glo. & cap. Non dubito. de consecrat. d. 4. Quorum præcipuus est baptismus sanguinis cap. Cathecumenum vbi Card. S. X. ead. dist. Et quauis possit quis iustificari sine baptismo fluminis actu suscepto: non tamen potest non suscepto baptismo flaminis. Et ita nemo potest adire purgatorium, qui viuens non acceperit aliquem baptismum, saltem flaminis: & hic videtur sufficere, vt quis subdatur Papæ: sicut sufficit, vt fiat membrum viuum Christi cap. Non dubito. & cap. Est vnitas de consecr. dist. 4. & cap. Debitum de bapt. Pro contrariorum solutione dico primo, eum, qui non est baptizatus baptismo fluminis, non insigniri caractere baptismali, quo insigniuntur baptizati illo baptismo cap. Quod quidam col. 2. q. 1. cap. Displicet circa medium 23. q. 4. cap. Licet 32. q. 7. etiam si fuerit baptizatus baptismo sanguinis, secundum Cardin. in cap. Cathecumenum de consecrat. d. 4. II. dico, baptizatum solo baptismo flaminis, donec baptizetur baptismo fluminis, inhabilem esse ad sumendum alia sacramenta. cap. 2. & c. Veniens de presbyter. non bapt. Imò & ad audienda missæ secretæ: quæ post missam cathecumenorum peraguntur cap. Episcopus de consecr. d. 1. III. dici posset disputando, eiusmodi iustificatum, non esse participem suffragiorum ecclesiæ, vt sensit Cardin. in d. cap. Quando de consecrat. d. 4. Quia solum fiunt pro cœtu fidelium, vt in par. ergon. cap. penult. de sentent. excommuni. dicimus. Cui quis videtur aggregari per susceptionem characteris baptismalis vt ait Thom. 3. parte q. 7. & in 4. d. 18. q. 2. art. 3. q. 3. in quod facit cap. Displicet 23. q. 4. Consulendum autem videtur contrarium per dictum 5. Et quod is videtur quoad suffragia ecclesiæ, similis iniuste excommunicato, qui secundum communem sententiam est excommunicatus iniuste, vel iuste: Sed contritus antequam absoluaatur, gaudet eis: licet ecclesia speciatim non oret pro illis quia non præsumit eis inesse charitatem, iuxta ea, quæ in d. par. ergo dico: sicut neq; huic, de quo loquimur, iustificato. IIII. dico, huiusmodi iustificatū non esse de ecclesia, quoad hunc sensum, quod possit ab ea compelli ad accipiendum baptismum, vel seruandum fidem, quam iam semel accepit, vt probare videntur argumēta pro altera parte facta, & d. c. Displicet 23. q. 4. & c. Contra Christianos de hæret. lib. 6. V. verò dico, eiusmodi iustificatum, & ita baptismum flaminis baptizatum, esse membrū verum, & viuū Christi, ac per consequentem eius sponsæ sacrosanctæ matris ecclesiæ: & esse de illa: & intra illam: participareque de omnibus, omnium bonorum, & iustorum operibus: & frui ea cōmune, quæ sit inter iustos omnes, vi charitatis, sine vlla applicatione particulari, vel generali ecclesiæ, vel alterius priuati. V. I. eiusmodi solo baptismo flaminis baptizatum, subiectū esse Papæ eodem modo, quo est de ecclesia, & est intra eam: nō quidē subiectione irrevocabili, vt est baptizatus baptismum flumi-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

nis: sed reuocabili, ideoque si in statu gratiæ decesserit, ad purgatoriumque descenderit, perinde posse indulgentiæ adiuuari, ac alias animas sanctas in eodem pœnas dantes, cum quibus vtiãam olim Christo *Deo* pœna Opt. Max. cuius infinito merito nituntur iobeleæ, & aliæ indulgentiæ pertruumur in cœlo empyrœo. Amen.

S V M M A R I A.

- 1 Extrau Greg. XIII. qua indicitur iobeleum tenor nu. 1.
- 2 Basilica quid propriè & vnde dicta.
- 3 Irregularis si: interdictus, celebrando in Basilica etiam non consecrata, modo si Episcopi auctoritate dedicata.
- 4 Romam extra Urbem esse Burgum, & Basilicas Petri & Pauli.
- 5 Romanis, ut est omnis Latina polites, ita vulgo nonnulla barbaries.
- 6 Loquendum ut plures sentiendum ut pauci.
- 7 Exordij tria fficta.
- 8 Chrysti passio omnium huius seculi acerbissima fuisse probatur.
- 9 Indulgentiam Iobeleam an querat Cathecumenus?
- 10 Cathecumenus etiam ante bapt smum sub st que ad a iqua, Papa.
- 11 Papa soli, omnem indulgentiam concedendi facultas.
- 12 Papa, Petri successor, & unicus ac summus Christi Vicarius.
- 13 Ecclesia Romana, al arum Caput, non vacat sponso etiam mortuo Papa.
- 14 Indulgentiarum thesaurus immensus & infinitus.
- 15 Proportio nulla finiti ad infinitam.
- 16 Sa. Et non solum dando exemplum, & intercedendo, sed etiam satisfaciendo profuerunt.
17. Peccatum sæpè pro pœna peccati accipitur.
- 18 Peccato remiss' superest ferè semper aliqua pœna luenda.
- 19 Peccatū ut quodam modo infinitū, sic & pœnitētia quadatenus infinita.
- 20 Pœnitentia iusta est imponenda, omnis alia cur falsa dicta, omnibus eadem leuis necessaria, & alia grauis voluntaria indiscretè ponitur.
- 21 Pœnitentia iusta quid, eam Deus solus nouit, & septennis uniuersique peccato mortali non debetur in foro interiori, contra communem cum S. Thom. n. 22. & arbitrio Confessarij relinquatur non ad hunc effectum sed ad iustum, & in imponenda consideret hæc sitque conueniens, quales non sunt hæ, nu. 23.
- 24 Confessarius antequam pœnitentiam iniungat, dicat hæc, & quãta esset iniungenda.
- 25 Pœnitentia aliqua, quæ non est satisfactoria, necessaria culpæ delende.
- 27 Iobeleus, verbum non deriuari à Iubilo.

- 28 Indulgentiam ad iustam, septem requirit Innoc. quinque glos. r. Thom. sequendus.
- 29 Indulgentia sine iusta causa nulla est, grandi ratione glos. Cardinalis.
- 30 Papa quæ administratio spiritualis & temporalis Deo placida.
- 31 Indulgentiæ Iobeleæ concedenda quæ fuit causa prima, & quæ adiecta.
- 32 Petri & Pauli Apostolorum breue Encomium Clem. 6.
- 33 Ecclesias visitandas in anno Iobeleo, qui Papa præscripserunt.
- 34 Causa impulsiva cessante, non cessat dispositio.
- 35 Iobeleum cur Romani sicut exteri, minore impensa quarunt.
- 36 A præpositio propriè sumpta excludit tempus, cui præponitur.
Annus Iobeleus à quo tempore incipitur.
- Opera bona mortua quæ, & quæ mortificata, & ad quid utraq; reuiuât.
- 37 Indulgentiam Iobeleam an querat etiam, qui post visitationes sit verè pœnitens, & confessus intra annum Iobeleum.
Conditionis impletæ temporis capacitas sufficit ad hoc.
Relatiuum Qui adiunctum verbo futuri temporis conditionem inducit & num. 49.
- 38 Indulgentia Iobelea quæ temporis momento queritur, & num. 49.
Qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundum tempus eius.
- 39 Indulgentia non queritur per statum bonum superuenientem post momentum temporis, quo indulgentia querenda est.
- 40 Pœnitentia indulgentiæ querenda necessaria, non solum dolorem summum præscriptorum, sed & summum vitandi futura propositum continet.
Ecclesiarum præscriptarum visitationes non oportet esse continuas.
- 41 Ecclesiarum præscriptarum visitatio eadem die facienda.
- 42 Romani qui, quoad hanc Extrauag.
- 43 Incela quid propriè, & quid quoad hanc Extrauag.
- 44 Peregrini qui propriè, & qui quoad hanc Extrauag.
- 45 Opus de se bonum, quod factum à peccante venialiter, ad indulgentiam sufficiat.
Actus de se bonus, qui fit malus eo quod ab agente peccante fiat.
- 46 Visitatio cuius maior pars præsertim postrema est bona, ad indulgentiam sufficit.
Præceptum impletur in statu malo, imò & per malum actum, quoad substantiam.
- 47 Indulgentia Iobelea potest pluries intra annum Iobeleum queri.
Promissio vel permissio alicuius facti quæ primo actu finitur.
- 48 Preces quas & cuius formæ indulgentiæ Iobeleæ requirit.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

- 50 *Impeditus etiam iuste ab opere propter quod datur indulgentia, non querit eam, licet secus de impedito facere alia in id requisita. Beatitudinis & miseria memoria homini presertim Christiano utilissima.*
- 51 *Preceptum, mandatum & commissio ut differant. Mandatum superioris tanquam talis, factum subiecto tanquam tali, preceptum est. Mandamus, verbum simpliciter etiam in lege Ecclesiastica positum, ligare ad veniale, non ad mortale, sed verbum precipimus sic.*
- 52 *Iobeleam ad indulgentiam qua preparamenta populum docenda. Greg. XIII. bonam partem itineris visitationum pedes confecit. Romanus populus visitandis sacris, & quarendis Indulgentijs omnium deuotissimus.*

XXII. notabile continens Extrauag. nouam S. D. N. Greg. XIII. nouissimæ Indictionis huius anni Iobelei, verborum, clausularum, & sententiarum nitore, coherentia, & grauitate insignem, cum aliquot glossis non omnino pœnitendis.

S. D. N. D. GREGORII PP. XIII. INDICTIO Sancti Iubilei, & plenissima remissionis pro visitantibus^a Basilicas beatorum Petri, & Pauli, necnon Ecclesias S. Iohannis Lateranensis & Beatae Mariae Maioris^b de Urbe. proximo anno M D LXXV.



REGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. ^c DOMINVS AC REDEMPTOR NOSTER IESVS CHRISTVS, qui pro ineffabili charitate sua serui formam accipiens, ^d acerbissimam crucis mortem subire dignatus est, vt Deo patri genus humanum reconciliaret, atque in sortem hereditatis æternæ vocaret, volens nostræ plenius succurrere imbecillitati, & donum hoc pretiosissimo ipsius sanguine acquisitum copiosius communicare, ne lapsis ^e post regenerationis lauacrum opportunum eiusdem diuinæ misericordiæ deesset subsidium, ^f beato Petro Apostolorum Principi, eiusque deinceps successoribus suis in terris Vicariis Sanctæ Catholicæ

Romanæ

Romanæ Præpositis Ecclesiæ s (quæ cæterarum omnium ^b caput, mater, & magistra est) potestatem dimittendi peccata plenissimam reliquit, ac thesauro præterea ⁱ immenso meritorum eiusdem passionis ^k (cui etiã gloriosissimæ semper virginis Mariæ, omniumque sanctorum merita accedunt) idcirco ditauit ecclesiam sponfam suã, eumque prædictis beato Petro, & successoribus dispensandum commisit, vt eo cæteri fideles pro temporalibus ^l pœnis ex remissis ^m culpis sapius remanentibus ad satisfaciendũ adiuti ad percipiendos cœlestis gratiæ fructus expeditiores redderetur. Quarum rerũ consideratione adducti, diuinæq; bonitatis exuberantia confisi Romani Pontifices prædecessores nostri, animarumque salutem toto animi sensu prospicientes, pro facultate dispensandi thesaurum prædictum illis credita, S A N C T V M I V B I L E V M statis annis, priores quidẽ longioribus interuallis, alij verò breuioribus, & posteriores vigesimo quinto quoque anno celebrandum ⁿ decreuerunt, quo scilicet tempore idem Ecclesiæ thesaurus ad salutarẽ eorum ^o lætitiã depromeretur, qui ea ^p causa almam inuiserent ^q Urbẽ, quam prædictus Princeps Apostolorum, & Doctor gentium, totque deinceps C H R I S T I Martyres suo sanguine consecrarunt. Quocirca nos dictorum prædecessorum pium saluberrimumque institutũ secuti, de fratrum nostrorum assensu, I V B I L E I celebrationem proximẽ sequenti anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, ^r à primis vesperis, quæ vigilia est diei festi proximẽ futuri Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, incipiendam, & per totum annum ipsum finiendam, vniuerso Christiano populo quanto maiore possumus animi gaudio indicimus. Quo quidem anno ^s durante qui vere ^t pœnitentes & ^v confessi beatorum Petri & Pauli Apostolorum basilicas, & Sancti Ioannis Lateranensis, ac Sanctæ Mariæ maioris in Vrbe ecclesias triginta continuis vel ^x intermissis diebus ^y semel saltem in die, si ^z Romani, vel Urbis ^{aa} incolæ fuerint, si vero ^{bb} peregrini quindecim diebus ^{cc} deuote eodem modo visitauerint, ac pro ipsorum totiusque Christiani populi salute pias ad Deum ^{dd} preces fuderint ^{ee} plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem, quemadmodum etiam prædecessores nostri concesserunt ^{ff} consequentur. Et qui ^{gg} post iter ad Urbem huius deuotionis causa susceptum, illud perficere ob aliquod legitimum impedimẽtum non potuerint, aut in morbum inciderint, & siue

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

in via, siue in vrbe ipsa ab humanis excefferint vere pœnitentes & confessi, hos quoque pro eorũ pia ac prompta voluntate ipsius indulgentiæ ac doni participes fieri volumus. Monemus itaque & ^{h h} hortamur omnes Christifideles, qui sacro huic cœtui interesse poterunt, vt humanæ vitæ miserias, sæculi huius vanitatem, dierumque paucitatem, qua ad mortem, & districti examinis diem assidue properamus, contra vero immensa cælestis vitæ gaudia, summam fœlicitatem, perpetuam æternamque beatitudinem attente considerantes, & animo reuoluentes, ita conscientias suas examinare, & ab omnium peccatorum vitiorumque maculis, & sordibus purgare studeant, simulque bonis & sanctis operibus, atque orationi adeo intenti sint, vt tanti huius gaudij & ecclesiasticorum munerum largitionis vere participes fieri, & in altero postea sæculo præmium vberimum consequi mereantur. Quare ^{i i} mandamus omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque ecclesiarum Prælati, vt suos quisque populos diligenter curent ea omnia ^{k k} edocendos, quæ ad remissionis & indulgentiæ prædictæ adipiscendæ præparationem fuerint opportuna, debita in eos pietatis & misericordiæ opera exercendo. Rogamus quoque in Domino charissimum in Christo filium nostrum Maximilianum Roman. Regem in Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Christianos, quo magis merita ipsorum in fouenda hac peregrinantium pietate apud Deum crescant, & tanti tamque boni operis participes efficiantur, vt viarum securitati ad eorundem peregrinorum commodum prospicere, egentibusque beneficia & eleemosynis succurrere velint. Vt autem præsentis literæ, &c.

- ¹ ^a **Basilicas B. Petri & Pauli.** Nota, etiam Ecclesiam consecratam appellari propriè Basilicam, licet gl. Ioan. Mon. in Extrauag. prima de pœnit. & remiss. transcripta supra notab. 7. in verbo *Basilicam* contra senserit, dicēs per translationem ita vocari. Tum, quia notissimum est, Ecclesias B. Petri & Pauli esse consecratas, earum enim consecrationis officium quotannis celebratur, quæ tamen hic & in d. Extrau. prima appellantur Basilicæ: Tum, quia illam et gl. facetur Palatium Regis propriè dici Basilicam: At constat Ecclesiam consecratam esse Palatium Christi, qui est Rex Regum & Dominus dominantium, Apoc. cap. 19. & ita Summi Regis, vt ipsa eadem glossa fatetur. Tum, quia Basilica, siue βασιλική est generis fœminini, possessiuum, adiectiuum deductum à βασιλεύς quod est Rex, & non à Basilico, vt ait Papias probatus à Panor. in Rub. de consecr. Eccles. cum Basilico sit casus ablatiuus à nominatiuo Basilicus vel Basilicum

Basilicum generis masculini vel neutrius, vt basilica generis fœminini: Nec obstat quod Panor. recep. frequentius ibidem doceat eam tantum, quæ non est consecrata dici Basilicam, eam verò quæ consecrata est, Ecclesiam: Tum, quia id licet esset verum, non proueniret ex proprietate significationis, sed ex vsu communi loquendi: Tum, quia id solum videtur verum de Basilica non consecrata, nec Episcopi autoritate constructa, quales sunt multæ in Palatiis Magnatum, & aliquot heremitoria heremorum, autoritate tantum laica ædificata, quæ non dicuntur Ecclesiæ, non autem de dicatis Deo Episcopi autoritate, qualis est bona pars Ecclesiarũ nostra ætate dedicatarũ: Illas enim, & consecratas, promiscuè Canones appellant Ecclesias, & Basilicas, vt bis in hac ead. Extrauag. & in d. prima & aliis de pœnit. & remiss. & in cap. Omnes Basilicæ 16. q. 7. & cap. omnes basilicæ, & cap. Si quis Basilicam, & cap. Basilicas, de consecr. dist. 1. & alibi sæpè: Tum, quia vero propius videtur, contra Panor. vbi supra, statutum puniens delinquentem in Ecclesia, comprehẽdere delinquẽtem in Basilica Episcopi autoritate condita: Nam interdictus celebrare in Ecclesia, irregularis fit celebrando in tali Basilica secundum Card. de Eccles. interd. memb. 2. col. 15. probatum à Gemm. in cap. Is cui sub fin. de sent. excom. lib. sexto & immunitatibus Ecclesiis concessis, gaudent tales Basilicæ, vt tradimus in Man. cap. 25. nu. 17.

4 **De Vrbe.** Nota quod glo. Io. Mon. in prædicta prima Extrauag. de pœnit. & remiss. in verbo *De vrbe* sensit, hunc modum loquẽdi esse improprium, ea ratione, quod Ecclesiæ Sancti Petri & Pauli non sunt in Vrbe, sed extra Urbem, Nam Basilica Sancti Petri, non est in Vrbe, sed in suburbio Urbis Romæ, quod Burgum appellant. Et Basilica Pauli nec in Vrbe, nec in suburbio, sed longè ab ea circiter sesquimiliare: Defendit autem hunc modum loquendi ea consideratione, quod est modus loquendi plurium; Contra quod tamen facit, quod inò vulgari omnium Urbicoliarum loquendi modo non solum Basilica B. Pauli, sed etiam suburbium, seu Burgum, dicitur esse extra Urbem: Omnes enim inhabitantes Burgum, passim dicunt se ire Romam, & venire Roma, quod nos cum primum in eam appulimus, mirabamur, nec videtur defendi posse aliter alios quam intelligendo eam, de modo loquendi exterorum extra Romam quo præd. & Basilicæ dicuntur esse Romæ & in Vrbe: Alia tamen & aptiore ratione videtur prædictus modus loquendi improprius, & quod nunquam, aut rarò apud vllum probatum authorem Latinum inuenias, præpositionem *De* seruientem ablatiuo, per modum quietis, vel posito pro genitiuo significante dominium, vel possessionem: Et ita vix inuenias apud vllum idoneum authorem Ecclesia, vel templum, vel platea de Vrbe, de ciuitate, vel oppido, pro Ecclesia, vel templo & c. Urbis, Ciuitatis, vel oppidi, quam improprietatem etiam videtur hac bulla reicere, qua parte habet in contextu *in Vrbe* pro *de Vrbe* posito in inscriptione, & in Extrauag. prædicta & aliis de pœnit. & remiss. & in Extrauag. suspensionis in notab. seq. transcripta ponitur *Urbis* loco *de Vrbe* hic politi. Et modus, quo glossa saluat aliam improprietatem, longè aptior est ad saluandam istam, scilicet quod vtitur modo loquendi plurium. Habet enim modus loquendi vulgaris Urbis, cõtra politioem politiorũ eius, quales quam

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

plurimi sunt in ea, inbibitam in proprietate illam, dicēdi, de Vrbe, pro, Vrbiſ. licet rarè inuenias apud, emendatè loquentes, præpositionem [de] pro[in] feruentem ablatiuo ſignificanti tempus per modum quietis, licet paſſim inuenias feruentem ablatiuo per modum motus, ſucceſſionis, vel originis, vt in illo, [Veni de Libano] Cantic. 4. & illo, [Ioseph de domo David] Luc. 2. & illo Perſij [de gente hircosa Centurionum] Obiter autem colligitur ex prædicta gl'oſ. illud Ariſt. in lib. Topic. [Loquendū vt plures, ſentiendū vt pauci.] Quod, licet nemo alius aduertat, ſolum videtur procedere, quando inconſuetus modus aliquid ſcandali ſiue offenſionis afferret, iuxta cap. Nihil cum ſcandalo de præſumpt. de ſumptum ex Matthæi 18. Quale non contingeret in hoc propoſito, & ideo non ſunt vituperandi, ſed laudandi, qui pro, de anno, de menſe, de die & de Vrbe &c. dicunt Anno, die, menſe, Vrbiſ, vel in Vrbe, Vt & ex hac Extrauag. facilè colligas prædictam limitationem dicti Ariſtotelis, quatenus habet nouè in contextu [in Vrbe] pro [de Vrbe] poſito in Inſcriptione, ſecundum Veruſtum morem: & ex prædicta Extrauag. ſuſpenſionis qua parte habet [Vrbiſ] pro [de Vrbe] Nec obſtat quòd modus loquendi conſuetus, eſt attendendus: cap. Ex l'iteris de ſponſal. & l. Labeo ff. de lupell. leg. & l. Librorum §. Quod tamen Caſſius ff. de leg. tertio, Quia id eſt verum, quoad intelligendam mentem loquentis, vel excuſandum, aut accuſandum loquentem, non autem, quoad imitandum eum, niſi cum vſus rectè loquentium iam probaſſet, iuxta textum in d. l. Labeo, & illud Horatij in poeſi relatum à gl'oſ. eius:

Multa renaſcentur, quæ nunc cecidere, cadent quæ

Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus,

Quem penes arbitrium eſt, & viſ, & norma loquendi.

c Dominus Ac Redemptor. Nota exordium non ſolum elegās, & pium, ſed aptum. Reddit enim pium lectorem attentum, docilem, & beneuolum, quæ ſunt tria exordij effecta, vt docet Cicer. lib. 1. Rhetor. ad Heren. dum magna, & maximè ad eum pertinentia, rei que dicendæ propria, eleganti breuitate ob oculos ponit, nempe illum, de cuius nomine dicitur Chriſtianus, omnium Deum, omnium redemptorem, omnium noſtrum ſeruilem formam aſſumentem, mortem que in eadem ſubeuntem, non qualem qualem, ſed turpiſſimam, qualis tunc erat crucis, quæ ſons eſt inexhauſtus Iobelei, & Indulgentiarum, dum que ſimul proponit eum amabilem, viſibilem, & cognoſcibilem, vt per viſibilem cognitionem, in inuiſibilem amorem rapiamur, iuxta præſationem natiuitatis eiſdem, & iuxta totius Eccleſiæ aſſiduam rogatum, mentes noſtræ ad cœleſtia deſideranda erigantur.

d Acerbiſſimam. Nota paſſionem Chriſti fuiſſe acerbiſſimam, fuit enim omnium, quæ in hac vita Laurètio, Vincentio, & vllis aliis contigerunt, maxima, quatuor de cauſis, quas explicat Thom. 2. part. 2. q. 46. artic. 6. iuxta illud Trenor. 1. [attendite & videte omnes, qui tranſiſtis per viam, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus] quamuis non fuit tanta, quanta eſt inferni vel Purgatorij, vt ipſemet ſubdit ibi ad 3. & probatur per §. ſi. de pœnit. diſt. 7. Paſſus enim fuit omnes pœnas, non quidem in ſpecie, quia

cie, quia multæ sunt sibi contrariæ, & tantæ Innocentiæ repugnantes, vel indecoræ, sed in genere, quod paucis insinuauit prædictus Thom. illarū mediator diligentissimus, in 3. part. d. q. 46. artic. 5. cuius ea de re verba, quia in die tantæ passionis hæc scribimus, non grauabor referre, rogans quoque lectorem, ne ipse quoque grauetur legere, certus operæ suæ precium facturum, si ita memoriæ fixerit quædam veluti seminaria ruminandæ rei multo vtilissimæ, maximè commodantia. [Christus, inquit, passus est omnem passionem humanam, quod quidem potest considerari tripliciter, vno modo, ex parte hominum; à quibus passus est: Passus est enim aliquid & à gentilibus, & à Iudæis, & à masculis, & à fœminis, vt patet de ancillis accusantibus Petrum. Passus est etiam & à Principibus, & à ministris eorum, & popularibus, secundum illud Psal. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Altiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dñm, & aduersus Christum eius: Passus est etiam à familiaribus, & notis, sicut patet de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante. Alio modo patet idem ex parte eorum, in quibus homo potest pati: Passus est enim Christus in suis amicis, eum deserentibus, in fama, per blasphemias contra eum prolatas, in honore & gloria, per irrisiones & contumelias ei illatas: In rebus, per hoc, quod etiam vestibus spoliatus est: in anima, per tristitiam, tædium, & timorem: in corpore, per vulnera & flagella. Tertio potest considerari, quantum ad corporis membra: Passus est enim Christus in capite, pungentium spinarum coronam, in manibus & pedibus, clauorum fixationem, in facie, alapas, & sputa, & in toto corpore, flagella. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum, secundum tactum quidem, flagellatus, & clavis confixus, secundum gustum, felle & aceto potatus: secundum olfactum, in loco foetido cadauerum mortuorum (qui dicitur Caluarie) appensus patibulo: secundum auditum, laceffitus vocibus blasphemantium & irridentium: secundum visum, videns matrem, & discipulum quem diligebat stantes] hæc ille: Cuius relationem, etsi amplissima sit, summariam tamen esse collatione scilicet, quæ adamussim fieret, adiicit ibi alter Thom. in hæc verba: [Author summarie pertransiit generalitatem passionum Christi: Nam si adamussim dinumerandæ essent omnes conditiones passionum eius, & differentie earum, humanum ingenium fortè deficeret. Clarè siquidem liquet, quod passus est iudicialiter & extra iudicialiter, à iudicio Ecclesiastico, & sæculari; passus est obiectione superbiæ, blasphemie, seductionis, ambitionis, rebellionis Cæsareæ, vsurpationis diuinæ: Passus est à testibus falsis, & à propria confessione occasionaliter: Passus est vt malus, & vt stultus, passus est à viris timoratis secundum legem Dei (vt pote non introeuntibus in Prætorium, & vacantibus operibus misericordie actualiter) & à sceleratis: Passus est & simpliciter, & comparatiuè ad Barrabam: & breuiter ad pelagus passionum harum contemplatio ingressum dans, semper adiiciet,] hæc ille, quæ quia cuiuslibet Christiano sunt maximè vtilia, & indulgentiarum materiz, ac tempori, in quo scribuntur accommodata, latius fortasse quam alicui par esse videbitur, sed pressius, quam rei magnitudo requirit scripta, boni consulat Christianus Lector.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

e Post regenerationis Lauacrum. Not. Quod ante Baptismum non

est necessaria indulgentia, quia per illum tota culpa peccati originalis, & tota culpa & pœna peccati actualis, siue mortalis, siue venialis, sine vlla alia satisfactione remittitur & condonatur, iuxta illum ad Roman. 11. [Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei] relatum in cap. sine pœnitentia de consec. dist. 4. cuius glossa verbum [sine pœnitentia,] exponit per [sine satisfactione,] & in quo Ambrosius reddit rationem, dicens: [Gratia Dei in Baptismate non requirit gemitum, non requirit planctum, vel opus aliquod sed solam fidem, & etiam gratis cōdonat:] Per quod innuitur, nullam indulgentiam posse quæri Catechumeno, etiam habenti gratiam quæsitam per contritionem, & Baptismum flaminis, iuxta cap. Non dubito de consecr. dist. 4. & cap. Debitum de Baptif. Sed verius videtur contrarium, per ea quæ diximus in notab. proximo. nu. 48. tenendo contra Augustin. de Anthon. etiam Cathecumenos nondum

10 Baptifatos subesse summo Christi Vicario, quoad multa, licet non quoad tot, quoad quot Baptifatus, & quod, vt ait Sotus in 4. sent. dist. 21. q. penult. art. pen. Omnis habens gratiam Dei, potest quærere Indulgentiã, quamuis hanc huius anni Iobelei non possit, quia illa requirit cōfessionem Sacramentalem vltra contritionem, vt exprimitur in litera ibi [contriti & confessi] & Cathecuminus nondum baptifatus, quamlibet bonus sit, non est capax Sacramenti pœnitentiæ, nec vllius alius cap. Veniens de Presb. non Baptif. nisi intelligamus illud verbum [conf. fsi] de potentibus confiteri, & non de impotentibus arg. 1. impossibile nulla est obligatio ff. de reg. iur. & cap. Nemo ad impossibile obligatur, eod. tit. lib. 6. Quandoquidẽ & lex diuina, quæ iubet confiteri semel in vita, & humana, quæ idem iubet semel in anno cap. Omnis de pœnit. & remiss. non obligat, nisi eum qui id facere potest, secundum omnes ibidem, & in 4. dist. 17. quæ satis pia interpretatio videtur.

11 **f** Beato Petro. Nota, quod summa indulgentias concedendi potestas, est penes Romanum Pontificem, summum & vnicum vniuersalem Christi Vicarium, quod ipsum probat d. Extrauag. 1. de pœnit. & remiss. & plenius Extrauag. Vnigenitus relata sup. not. 12. & cap. Cum ex eo, eod. tit. quæ est Catholica conclusio, à quo alij inferiores ordinarij vel delegatam sibi cōcedendi potestatem accipiunt, iux. trad. sup. notab. 31.

g Quæ cæterarum omnium &c. Nota, quod tota Ecclesia, vt habet

vnum verum & proprium caput, qui Christus est c. 1. & 4. ad Ephes. ita habet vnum supremum Vicarium, eius qui ei præest, & ille est, qui succedit Petro, &

12 Romanam Ecclesiam regit, quod etiam cap. In nouo 21. dist. & c. 1. de homicid. lib. 6. & Extrauag. Vnam sanctam de maior. probant efficacissimè quoad Catholicos, quoad hæreticos autem probant, alia innumera, quæ sacri & Scholastici Doctores, præsertim nostra ætate, adduxerunt aduersus hæreticos, quorum vnum ea sola ratione semel confudi, quod alioqui essent in terris tot Vicarij Christi, non agnoscentes superiorem, quot saltem Episcopi, & consequenter, nullus eorum posset cogi ad concordandum alij, & ita nullus conuinci alicuius erroris, neq; hærescos, ac subindè nullus posset haberi ordo,

nec vnitas in Ecclesia Christiana, contra articulum *Vnam sanctam Ecclesiam* & quod longe rationabilius constituta essent regna temporalia, etiam à paganis, quàm regnum Ecclesiæ ab ipsomet Christo Deo & Domino nostro, quæ mera blasphemia etiam ipsis impiis horrenda, & mera fatuitas, & stultitia, etiam ipsis stultis ridenda est: Multas autem rationes huius Catholice veritatis tangit gloss. Extrauag. prædictæ 1. de pœnit. verb. *confitebuntur* quas breuitatis gratia, & quia disputatio huius articuli, qui hic pro de fide præsupponitur, parergon & impertinens est, prætermitto ibi legendas.

13 **h Caput.** Nota quod Ecclesia Romana non solum est omnium aliarum mater & magistra; & quidem propriissimè, vt habet cap. 1. 22. dist. sed etiam caput, quod non solum hic singulariter probatur, sed etiam ample asseueratur à Calixto in c. decet. 12. dist. & à Greg. in ca. præceptis ea dist. & longe prius ab Anacleto in c. Sacrosancta 22. dist. vbi etiam aliarum cardo appellatur, ibi (hæc Apostolica sedes caput & cardo est, à Domino & non ab aliis est constituta, & sicut cardine ostium regitur, sic huius Apostolicæ sanctæ sedis autoritate omnes Ecclesiæ (Domino disponente) reguntur, hæc ibi, & meritò, quia propriissime est 1. c. Nemo primam sedem, & multis aliis capitulis 9. q. 3. & c. Primæ sedis 99. dist. Nō obstat quod etiam Petrus ipsi præpositus non videtur esse verum & proprium caput eius, sed cum adiectione caput Vicarium, siue Vicarius capituli eius arg. glos. sing. & recep. in Clem. Ne Romani verbo (non consonam) de elect. quæ pulchre diffinit mortuo Papa Ecclesiam non carere sponso, sed summo sponsi Vicario, eo quod Christus est sponsus, Pastor, rector, & Caput eius: & quod Thom. recept. 3. par. qu. 8. art. 6. diffinit, quod proprium Christi est esse Caput Ecclesiæ: non inquam hæc obstant, quia Thom. & glos. loquuntur de Ecclesiæ capite principali proprio secundum omnem locum, statum & tempus, & influente propria virtute omnem influxum spirituale, in Ecclesiam suum corpus mysticum; hæc autem Extrauag. cum suis concord. loquitur de capite minus principali, Vicario, & influente ministerialiter, & gubernante visibiliter, virtute ab ipso principali capite accepta, vt ex mente prædicti Thom. latius declarat Turcrem. de potestate Eccles. lib. 2. cap. 20. & 3. seq. Ita tamen quod simpliciter & absolute, tam sedes Apostolica, quam Romanus Pontif. ei præsidens potest dici simpliciter & absolute caput ecclesiæ vniuersæ, subintelligendo tamen differentiam inter modum, quo Christus est caput, & modum, quo ipsi sunt capita.

14 **i Immenso.** Qui diffinitur esse infinitus in extrauag. Vnigenitus sup. nor. 12. transcripta, per quam & istam fundantur quædam, quæ Io. Mon. longe antequam illæ conderentur, in d. extrauag. 1. super verb. [Confitebuntur] dixit, & in his ista. [non est rimendum, seu fantastice opinandum, quod per talem dispensationem thesauri, quæ fit in collatione indulgentiarum, prædictus thesaurus in al. quo minuatur: nam si omnes Catholici vtriusque sexus, per vniuersum orbem dispersi, in hoc anno centesimo, pro hac indulgentia obrinenda, venirēt ad urbem, & perfecte prædictam indulgentiam obtinerent, tota omnium indulgentia, in minori proportione se haberet ad thesaurum ex quo sumitur, quàm sit proportio vnus guttæ aquæ ad totum Oceanum, vel vnus grani milij ad montem sancti Bernardi, quia fi-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

niri ad finitum est proportio aliqua, finiti vero ad infinitum, nulla, propter infinitatem enim suam prædictus thesaurus ex dispensatione sua non diminuitur nec decrescit, unde versus: *Mlle licet fumant, deperit inde nihil.*] hæc ille.

^k **Cui etiam &c.** Nota, quod sancti non solum nos adiuuarunt & adiuuant exemplo, precibus, & intercessionibus, sed etiam meritis suis satisfactoriis, quatenus ad suam propriam satisfactionem, non indigerunt, vt dictum est sup. not. 15.

^l **Pro temporalibus pœnis &c.** Hæc litera est optima glosa verbi [peccatorum] infra positi, & verbi [peccatorum] prædictæ extrauag. i. videlicet: quod accipiuntur pro pœna temporali debita peccato, vel culpæ, remissæ per contritionem, vel attritionem sacramentali absolutione auctam, & non pro culpa neque pro pœna æterna ei debita, quod satis annotauit glos. prædictæ extrauag. in verbo [peccatorum.]

^m **Ex remissis culpis &c.** Nota, contra hæreticos nostri temporis, quod licet remissæ

culpa peccati mortalis, remittatur & pœna æterna illi debita, sæpe tamen, imò ferè semper remanet obligatio ad pœnam temporalem in quâ muratur æterna, luenda in hac vita per satisfactionem, vel in altera per purgationem, vt hic exerce probatur post gloss. Extrauag. i. de pœnitent. & remissio. in verbo [confessi] & est conclusio catholica Thom. recepti in 4. distinct. 14. quæst. 2. artic. 1. & distinct. 20. quæst. 1. artic. 2. Nec obstat id quod in quæstiuncula 1. argum. 4. opponit, quod ipsum facit glos. dict. extrauag. i. in verbo [confessi] nempe: quod peccatum nostrum est quodammodo infinitum; quippe quo Deus, qui est infinitus, offenditur, & actus nostræ pœnitentiæ sunt finiti, & finitum non potest tollere infinitum, quia sic ei respondet, quod actus pœnitentiæ habet infinitatem ex parte gratiæ, quæ est Dei similitudo, & in virtute diuinæ misericordiæ operans, quæ infinita est, quamuis ex parte actus nostri sit finita: habet etiam efficaciam ex virtute passionis Christi, quæ infiniti quodammodo valoris est, in quantum fuit passio Dei & hominis. Quæ aptior solutio est quam reddita à prædicta glossa quæ tamen subdit aliqua quotidiana super pœnitentiæ à Confessariis arbitranda, qua de re quia vtilius & profundius diximus nos in Manual. Confess. cap. 26. à num. 15. ideo non grauabimur referre illa, quæ sic habent.

¹⁹
²⁰ [Frequenter rogati super quantitate pœnitentiæ imponendæ, tandem conclusimus octo: Primum, quod Confessarius debet conari imponere pœnitentiæ iustam pœnitenti: Tum, quia ea minorem, Gregorius falsam appellat in cap. falsas de pœnitent. distinct. 5. Non eo quod nil proffit, vel absolutionem irritam faciat, sed quia pœnitentem fallere potest, præbendo occasionem credendi, se per illam plenè satisfacere: Tum, quia Abulen. super 18. Matthæi quæst. 49. circa fin. dixit: Confessarium imponentem pœnitentiæ pro suo libito, sine alia circumspectione, peccare, quamuis non declarat an mortaliter, an venialiter, nisi quum nullam scienter iniungit, cui satis concordat Concilium Colonien. de satisfact. 5. ex prædictis, multa de hac re tangens; & Adrian. in 4. de Clau. b. quæst. 2. col. 6. dicens sacerdotem non debere condonare offensas contra Deum factas sine multa prudentia & pœnitentiæ,

etia, argum. cap. Si is qui Prælatus 23. quæst. 4. cui addit Maior. in 4. dist. 20. col. 3. non esse veri amici imponere parua pœnitentiam, neque prudentia, illius paruitate lætari: Tum, quia Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. post illa scripta declarauit, conuenientes pœnitentias esse à Confessariis imponendas, & non leues pro grauibus iniungendas, ne participes eorum fiant. Quò fit, vt constanter affirmemus, non rectè fungi officio suo Confessarios, qui omnibus vnã & eandem leuem pœnitentiam obligatoriam, & aliam grauiorem voluntariam imponunt.

21 II. Illam esse pœnitentiam iustam, quæ neque est maior, neque minor merito, quæque exæquat, & non superat pœnam pro peccatis confessis in Purgatorio luendam arg. I. Iustitia. ff. de iust. & iur. & Proem. Greg.

22 III. Hanc soli Deo esse cognitam, solus enim ille nouit, quanta pœna debeat in Purgatorio, peccato mortali per contritionem & cõfessionem condonato, quia solus ipse nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, & partem, quam absolutio, tollit, meritum item operis satisfactorij, tum Sacramentalis, tum cuiuslibet alius, quod pro magnitudine vel paruitate gratiæ & deuotionis, magis vel minus, saltem ex opere operant, satisfacit.

23 IV. Vulgatum esse, vnicuique peccato mortali, iuxta Canones, pœnitentiam septem annorum iniungendam esse, in quod allegatur Gratian. in c. Hoc ipsum §. 1. 33. q. 2. pro quo nunquam nos textum reperire potuimus, vt dixi in d. c. falsas. num. 14. quamuis sic multas glosas recept. putà in d. cap. Hoc ipsum, & cap. admonere, 33. quæst. 2. & in cap. Prædicandum 22. quæst. 1. & cap. Sunt plures de pœnit. dist. 3. quæ id dicunt: & communis cum Hostien. in summa de pœnit. & remiss. §. quæ pœna, & Palud. in 4. dist. 20. quæst. 2. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 10. Cui consonare videtur stilus concedendi indulgentias 40. vel alius numeri annorum, & dierum, in pœnitentiam iniunctorum: quare contrarium putamus: Tum, quod id tenet Thom. in 4. dist. 20. quæst. 2. ante quem idem sensit Hieron. in cap. Mensuram de pœn. dist. 1. Tum, quia nec Gratianus dicit: Ecclesiam septennem pœnitentiam in singula peccata statuisse, sed tantum pro grauissimis peccatis iniungi solitam fuisse in d. cap. Hoc ipsum §. 1. Tum, quia dici potest, illam pœnitentiam non fuisse taxatam pro foro interiori, sed exteriori, vt probamus vt in d. cap. falsas, num. 14. Tum, quia ibi ostendimus illos 46. Canones pœnitentiales, quos Host. in d. §. quæ pœna colligit, ad forum exterius pertinere: Tum, quia ineptè imponeretur pœnitentia septennis ei, qui mille peccata mortifera confiteretur.

V. Quantitatem & qualitatem iustæ pœnitentiæ, nunc, & semper relinqui, relictaque fuisse prudentis Confessarij arbitrio, d. c. Mensuram, c. Deus de pœn. & remiss. & c. Tempora, 26. q. 7. non quidem, vt sensit glosa d. c. Mensuram & Panor. in d. c. Deus qui, num. 4. & Anton. Borgen. in c. 2. de emptione, & aliquot aliis alibi ad effectum, vt pœnitens facta pœnitentia iniuncta, magna, vel parua, ab omni pœna Purgatorij liberetur, quia hoc falsum est, iuxta Maior. & communem in 4. dist. 20. & posuimus in d. cap. Mensuram & cap. Deus qui, & in repetit. §. In Leuitico de pœnitent. dist. 1. notab. 11. à num. 12. Nec etiam ad effectum, vt pœnitens ad pœnitentiam impositam acceptandam teneatur, secundum aliquos, vt dicemus infra num. 20. sed ad effectum, vt animæ

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

negotia quoad hunc mundum, & quoad alterum mediocriter gerantur.

V I. Confessarium circumspicere debere in æstimanda pœnitentia, magnitudinem, & paruitatem peccati, & cõititionis, & qualitatem personæ pœnitentis, An sit robustus, an debilis, iuuenis, an senex, assuefactus pœnitere, an non? An idem videatur magnam recusaturus, aut, quamuis acceptet, eam non impleturus, an sit pauper, an diues, magnopereque curare debere, ne pœnitentiam ineptam imponat, qualis est elemosyna pauperi, ieiunium perpetuo laboranti, austeritas magna delicato & in altiori loco posito, aut famulo in notabile obsequiorum debitorum impedimentum, vel in periculum lapsus spiritualis, aut detractionis peccati occulti, iuxta mentem S. Ant. 3. part. tit. 17. cap. 10. §. 10. qualis peregrinatio mulieribus, iuxta Host. in c. Mulier. de sent. excom. maxime sine suis maritis, vel cum illis in longinquum, cum domi manentes, sanctos inuisere spiritu possint vt ait Maior. in 4. dist. 17. q. 2. qualis, panis & aqua, & solitudinis melancholico, & scrupuloso, qualis, multa recitatio prætorii, & ad longas preces obligato, vt diximus in d. c. Consideret. §. Ponat. num. 4. de pœn. dist. 5. & alia similes.

V II. Confessarium pœnitenti dicere debere, iustam pœnitentiam, quæ sibi imponenda erat, solum Deum opt. max. scire, & timentes, & cupientes vitare pœnam, alterius vitæ, antiquitus septem annorum pœnitentiam pro vno quoque maximo peccato mortali facere solitos fuisse, iudicantes, tam longam pœnam, tam magnæ offensæ purgandæ adhiberi oportere, sed quòd non intendit imponere ipse, nisi sponte velit eam suscipere: Et si responderit se velle, & iudicat illum impositam impleturum, iniungat eam, quæ iusta videbitur, habito respectu ad eas, quæ prædictis Canonibus pœnitentialibus præcipiuntur: Nam, vt habet Concil. Colon. vbi supra, iam quòd separandum non sit, vt communiter ab hominibus iterum suscipiantur pœnitentiæ antiquæ, Bonum tamen esset, vt aliqui ad illas reuocarentur, in quòd mouere potest etiam formula antiqua cõcedendi indulgentias, per relaxationem annorum & dierum in pœnitentiam iniunctorum.

26 V III. Quod pœnitenti nolenti acceptare tam magnam pœnitentiam satisfactoriam, diminuat, quantum ei placuerit, declarando ei pœnam alterius mundi: iuxta Maior. in 4. dist. 20. q. 1. col. 3. Dixi [satisfactoriam] quia restitutoria, vel ad excũdum à peccato necessaria, qualis est alieni restitutio, odij mortalis depositio, & dimissio Concubinæ, & officij, quòd sine peccato exerceri nequit, & conuersationis, qua se credit in peccatum mortale lapsurum, necessario imponenda est, quam si nolit acceptare, nullatenus est absoluentus, vt dixi in c. Satisfactio de pœnit. dist. 3. & d. §. Ponat se. Rectè autem faciet concedendo, vt quòd non recitauerit, aut non ieiunauerit die præscripto, reficere possit alio, vel elemosynis redimere.] hæc ibi.

ⁿ **Decreuerunt.** A quo tamen anno id cœperunt, & quo progressu continuauerunt dictum fuit supra notab. 7.

& notab. 24.

o **Lætitiã.** Ne verba hæc & illa infra posita [magno gaudio] moueant aliquem ad credendum, quòd verbum [Iobeleũ] de quo est sermo, deriuetur à verbo Latino [Iubilo] contra dicta sup. notab. 1.

num. 7.

nu. 7. consideret, aliud esse, aliquid fieri ad lætitiã publicã, vel indicere illam gaudio magno, quòd litera hic & ibi intendit. Aliud, verbum quòd illud significat, deduci à lætitiã vel gaudio, quòd ibi negatur: Licet enim victoriã contra Turcas lætitiã publicã intulerit, nomen tamen (victoria) non à lætitiã sed à vincendo deducitur, & à separatis non fit illatio l. Papin. exuli ff. de minor. & cap. Ad audientiam de Decim.

P. Causa. Hic significatur illa vera & communis conclusio, Quod concessio indulgentiarum, legitimam ob causam est faciendã, de qua multa supr. notab. 15. Quibus adde primo, quòd glos. d. extrauag. 1. verbo [confitebuntur] ait, quòd ad valorem indulgentiã quinque requiruntur: Auctoritas in concedente, idoneitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere, & quintum, congruitas in tempore, & Innoc. in cap. Quod autem de pœnit. & remiss. requirit septem, sed Thom. aptius loquens in 4. dist. 20. q. 1. artic. 3. quæstiunc. 2. communiter receptus, quem non citat glos. prædicta licet auctorem eius ipse præcessisset, dicit quòd tria requiruntur, scil. ex parte dantis, auctoritas, ex Parte recipientis charitas, ex parte causæ, pietas, quæ comprehendit honorẽ Dei, & proximi vtilitatem. Adde 2. omnia horum trium dicta, esse declaranda per posita supra in not. 15. & quòd prædicta glos. in 4. col. sic ait. [Ponamus quòd Papa alicui existenti in gratia, concedat indulgentiam sine causa rationabili, non facienti opus bonum pro quo est indulgentia meritò concedenda, Quæritur vtrum valeat: videtur quòd sic, quia Papa habet plenitudinem potestatis, nec habet superiorem, quem sequi debeat, & à quo debeat regulari, Ergo si desibi indulgentiam, tenet, & valet ei cui datur, quia capax est, sed Papa, qui omnia & præcipuè maiora, agere debet cum discretionẽ, & secundum iudiciũ rectæ rationis, peccat in sic concedendo, sed dicendum, quòd licet Papa habeat plenitudinem potestatis, quantum ad omnia bona ecclesiastica, temporalia, & spiritualia, non habet tamen eam vt Dominus, sed vt minister, & dispensator Domini principalis, Vnde, licet non habeat superiorem in terris, eum tamen habet in cœlis, & ideo dispensatio talium bonorũ, ab eo non debet fieri, nisi in illis casibus, in quibus verissimiliter aparet quòd Dominus, cuius sunt huiusmodi bona, consensum adhiberet, vt potestas semper ratione restringatur 11. q. 3. cap. Illa. Constat autem, quòd Deo non placet, quod tanta bona sua sine causa rationabili concedantur. Et ideo talis concessio non valet, Jhæc ille: Quæ à tanto Cardinali in glos. tantæ extrauag. à tanto tempore scripta, etiam ad alia multa & grandia possunt applicari, & cõfirmari, ac vtiliter declarari per ea, quæ scribimus in cap. Non liceat Papæ 12. q. 2. §. 3. nu. 8. & præced.

q. Urbem. Nota quòd causa ob quam Indulgentia Iobelea cœpit & continuata est concedi, fuit, vt Christi fideles ex toto orbe Christiano venirẽt ad visendam urbem, quam Princeps Apostolorum Petrus & Paulus, torque deinceps martyres suo sanguine consecrarunt, cui videtur in hoc concordare principium Extra. 1. de pœn. & remiss. transcr. supr. not. 7. ibi. [Vt autem beatissimi Petrus & Paulus Apostoli eo amplius honorentur, quo ipforum Basilicæ de vrbe deuotius fuerint à fidelib. frequetata] cõcordat item principium Extr. Vnigenitus, ibi: [attẽta meditatione reuoluẽs quantum

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

apud homines gloriosi Principes terræ Pet. & Paulus, per quos Euangelium Christi Romæ resplicuit, & per quos Ecclesia Religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici pastores, si lei lucernæ, Ecclesiarum columnæ, præ cæteris Apostolis peculiari quadam prærogatiua in ipso saluatore fidei virtute præcellunt: quorum vni scilicet Apostolorum Principi, sicut bono dispensatori, clauis regni Cælorum commisit: Alteri, tanquam idoneo doctori, magisterium ecclesiasticæ eruditionis iniunxit, in speciali veneratione haberi debeant, Jcui causæ adiectus fuit num. 33. Et cum visitandi prædict. Basilicas: qui fortè ab initio vsque ad Bonif. VIII. authorem illius Extr. 1. non fuit præscriptus, quas solas necessario visitandas etiam ipse præstituit, vt videre est in illa Extr. 1. nam necessitatem visitandi: scilicet Io. Lateran. ad iudit Cle. 6. in d. Extr. Vnigenitus, & 4. Paul. 2. in Extr. et si Dominici. Non obstat, quod videtur ex eo sequi Romanos & incolas vrbis non debere indulg. prædict. cõsequi, cum non veniant ad vrbem causa visendi prædict. Ecclesias. Non inquam obstat: Tum quia hæc causa videtur fuisse impulsua & non finalis, qua cessante non cessat lex, vt ait glo. rec. in l. 1. §. 2. loco ff. de postul. quæ habet Calphurniam impudicam, fuisse causam statuendi, ne mulieres postularent: At omnes mulieres etiam pudicæ cõtinentur sub ea lege: Tum, quia frequenter fertur lex generalis causam in id præstante aliquo particulari cap. Quia nonnulli de rescr. in prin. & §. sunt & alij & cap. Quia nonnulli de cler. non resid. hanc autem causam fuisse iustam concedendi tantam indulgentiam, probat Ioh. mon. in d. glo. magna. Non obstat etiam, quod hæc causa est valdè inæqualis quæsituris eam, cum Romanis nullo ferè labore nec impensa ea constet, & vicinis Romæ paruis, alijs autem Italis magnis, Gallis vero, maioribus: Hispanis autè, Anglis, & alijs longius habitantibus, maximis: Non in quâ hoc obstat: Tum quia, vt ait Tho. vbi supra ad 4. non datur secundum proportionem ad laborem, cui adde, quod nec secundum proportionem ad honorem, quia venientes è lonquinquo maiorem videntur exhibere, sed secundum causam prædictam impendendi honorem prædictis Apostolis & sedi Apostolicæ absolutè consideratam, quam & Romani, & vicini satis ad hoc præstant: Tum, quia magis laborantibus, & magis impendentibus, maius meritum cæteris paribus quæritur, quod longè pretiosius est indulgentia pœnarum Iobelea, quæ omnibus æqualiter datur, & ita non defraudantur suo labore & impensa, vt rectè Ioh. mon. in prædicta gloss. ait.

A primis vesperis. Perpende, quod cautius dicitur hic quam in d. Extr. 1. in 7. not. relata, quæ habet, [à festo Natiuitatis &c.] & quam in Extrauag. Quemadmodum supr. not. 24. relata, quæ habet [à, vigilia natiuitatis] nam vt ibi dixi, vix defendi potest illarum cõtextus, eo quod præpositio (à) secundum suam propriâ significationem, excludit tempus cui adiungitur, iuxta glo. memor. & recep. Clem. Sicut, verbo, à die, de Appel. & ita per illarum contextum non debebat incipere annus Iobeleus in vigilia neque in festo natiuitatis, sed post ea, cuius contrarium tum audieram & hoc anno vidi seruatum: Hæc autem litera, vtrâque difficultatem tollit, sed quia ante initium vesperarum aperitur Porta sancta, cautius fortè dictum fuisset, à Porta sancta aperta, post eius enim apertionem, illicò, ante finem

finem vesperarum, quæ solennissime cantantur, incipiunt & fatagunt eam intrare, & visitare, & esse primi, vel cum primis, & tanto quidem ardore, vt hoc anno innumeri fuerunt oppressi, & multi animi deliquium, in d̄ & mortem passi, quo autem ritu & ceremonia Porta sancta hoc anno aperta fuit subiicitur infra in fine libri.

37 ^f **Durante.** Hæc litera videtur suffragari ei, quod sentit Ioh. mon. in d. gloss. col. 4. vers. item quaeritur, Quod, qui in statu peccati mortalis, impletur visitationes hic requisitas, lucrifaceret hanc indulgentiam Iobeam, quoad peccata commissa ante perfectas visitationes, si post eas durante anno, confessus, in domini gratiam rediret: Hæc enim litera solum videtur requirere, vt quis faciat tria, durante hoc anno, videlicet: vt inueniatur verus pœnitens, & legitime confessus, & quod impleat visitationes hic contentas, quæ tria facit is, de quo loquimur. Secundo facit prædicta Extrauag. 1. quatenus per illa verba (verè pœnitebunt & confitebuntur) significat sufficere, quod vera pœnitentia & confessio subsequantur visitationes, Quamuis sciam responderi posse verbum illud [confitebuntur] ad alios annos centesimos referendum esse, & quod Extrauag. hæc non habet illud verbum, licet hæc secunda responsio nihil obsit, quia satis compertum videtur S. D. N. non exigere maiorem pœnitentiam & confessionem ad hanc Iobeam indulgentiam quaerendam, quam Bonifac. exigebat ad illam. Tertio, quod ei cui legatur aliquid sub conditione, debetur legatum, si tempore quo purificatur conditio, inueniatur capax, quamuis medio tempore non fuerit talis: l. eum qui ff. de condit. & demonstr. cum aliis citat. ibi per gloss. & alios, & indulgentia Iobea, conceditur sub conditione, si durante anno fuerit pœnitens, confessus, & visitationes requisitas fecerit: Nam relatiuum. (Qui) adiunctum verbo futuri temporis, inducit conditionem l. Stichum qui meus erit ff. de leg. 1. & tam per hanc Extrauag. quam prædictam primam, & similes, conceditur Indulgentia Iobea, per relatiuum [qui] coniunctum verbo futuri temporis, scilicet: [his, qui hoc anno durante verè pœnitentes, & confessi præscriptas, Ecclesias accesserint vel visitauerint:] In qua clausula est relatiuum [qui] adiunctum verbo [visitauerint vel accesserint] quæ sunt futuri temporis, & licet illa verba [pœnitentes & confessi] per se sint præsentis vel præteriti, adiectis tamen illis [hoc anno durante] æquiualentur futuri, cum sit sensus, si durante hoc anno, talis fuerit, & de æquiuolentibus idem est iudicium l. fin. ff. mand. & cap. Licet ex quadam de testib. Quarto, quod sententiam contrariam consequeretur, eum qui ultimo visitationis momento inueniretur in statu malo, non quaerere hanc indulgentiam, etiamsi toto anno ante & post illud, esset in statu gratiæ, quia secundum contrariam opinionem, necesse est dicere, hanc indulgentiã quaeri in illo ultimo momento, per ea quæ dicta sunt sup. not. 19. & 20. Consequeretur item, quod parum prudens cautela esset eorum, qui visitationibus requisitis aliam & aliam ad maiorem cautelam quaerendi eam, adiiciunt, quia pœnitentia vel confessio posterior nil prodesset eis quoad hoc, secundum illam opinionem, quod tamen est absurdum secundum communem omnium animi conceptionem, & ita non asserendum! Nam quod absurdum ff. de oper. lib.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

V. Quod prædicta glossa nullum habet cōtradictorem, saltem specialem, & videtur habere vsum sibi astipulantem, multi enim Romani & Incolæ, non præmissa confessione, cœperunt hoc anno facere visitationes.

VI. Quod omnes fere Theologi & Canonistæ, vt dictum est supra not. 19. tam ante quam post Caieta. contradicunt ei, dicentes, quod non est necessarium facere in statu gratiæ, opus requisitum ad indulgentiam quærendam, sed sufficere vt fiat bene moraliter.

VII. Quod contrariam opinionem consequitur, quod nemo illorum qui male confitentur à principio, quales sunt multi qui ob maximam pœnitentiariorum occupationem, nimium festinanter & turbatè confitentur generaliter omnia, & grauissima peccata, quæ vnquam fecerunt, licet postea legitime confiteantur.

VIII. Quod etiam consequeretur contrariâ opinionem, quod paucissimi collatione aliorum, consequentur Indulgentias Iobeleas particulares, quæ de more solent concedi pœnitentibus & cōfessis, qui feria 2. 4. & 6. alicuius hebdomadæ, fecerint aliquot preces, vel eleemosynas, & die Dominica sequenti communicauerint: Paucissimi enim collatione aliorum, incipiunt facere illa, præmissa confessione, cum publicatione facta die Dominico non possint inueniri confessi die Lunæ nisi paucissimi.

IX. Quod prædicta opinio glossæ est fauorabilis, & amplificat beneficium Principis, vt fieri debet l. Beneficium ff. de constit. Princ. modo non sit ambiciosum, vt in cap. Quamuis 1. de præb. lib. 6. nec tertio damnosum, vt in cap. super eo de offic. deleg. lib. 6. quale non est hoc.

Contra tamen prædictam glossam, facit primo, quod secundum cōmunem animi conceptionem, confessio debet præcedere visitationes. II. Quod ordo literæ est seruandus, l. Quoties ff. de usufr. & cap. Mandato de præb. lib. 6. quæ & alia multa citat Fel. in c. Cum dilecta à nu. 4. de Rescr. At in litera huius. Extr. verb. requirit etiam pœnitentiâ & confessionē, præcedunt verba significatiua indulgentiæ consequutionem. III. Quod verba illa [pœnitentes & confessi qui visitauerint & c.] videntur requirere vt vera pœnitentia & confessio præcedant & comitentur visitationes, quia qualitas verbo adiuncta, intelligenda est secundū tempus verbi l. In delictis §. Si extraneus ff. ad l. Aquil. IIII. Quod eius opinio videtur præbere ansam, & occasionē laxo animo aggrediendi peregrinationē, & faciēdi visitationes, quæ non est danda c. Ex parte de cōsuetu.

Per hæc argumenta pro vtraque parte facta videtur dicēdum 1. quod mens Pont. Max. fuit & est, vt lucrifactori hanc Indulgentiam Iobeleam ante iter arreptum, veniendi ad urbem, vel saltem ante initium visitationum cōfiteantur, ita vt bona fide putent se benè confessos 2. Quod si forte non esset eis iusta copia bene confitendi, saltem quod volunt generaliter omnia peccata suæ vitæ confiteri, vel confisarius (vt sæpe contingit in hoc anno) vult studere vel consulere ante absolutionem, possit incipere visitationes, modo ante vltimam inueniantur probabiliter bene confessi & absoluti 3. Quod si post confessionem illam primam ceciderint, quæ fragilitas humana est, in aliqua mortifera, possint præmissa illorum confessione, visitationes continuare, ita quod ex integro non teneantur eas denuo incipere 4. Quod si post

visita

uifitationes factas etiam in patrias suas reuerſi admonerentur, defectu aliquo contritionis, vel confessionis, vel abſolutionis ſuas confessiones non fuiſſe legitimas, & ad gratiam gratum facientem quærendam ſufficientes, quamuis ipſi ignorantia craſſa putaffent eſſe tales, quærant hanc Indulgentiam, ſi intra annum ita ſuppleuerint defectum, vt in gratiam Dei per eius miſericordiam redirent: quia benigniſſimus Princeps præſertim ſpiritualis, qui tanto gaudio ad tantam læticiam, tantam Indulgentiam indixit, iuſte præſumitur uoluiſſe iuuare illos, qui licet ignorantia craſſa ſe non debuiſſe facere plus credentes, poſtea admoniti ueritatem, pro uirili quod facere debebant, intra annum ſupplent, præſumitur enim uelle imitari eum, quem repræſentat rogantem, Pater ignoſce hiis, qui neſciunt quid faciunt. V. Quod qui eo modo quo dictum eſt, parati, uifitationes fecerint, non ſolum quærent remiſſionem peccatorum ante itineris arreptionem admiſſorum, vt ait prædicta gloſ. ſed etiam omnium aliorum, quæ ante uſtimam uifitationem commiſerint, dummodo ante illam modo prædicto confeſſi fuerint, cõtra illam gloſ. quæ in vno nimis laxaſſe, & in alio nimis ſtringere uidetur. VI. Quod in aliis lobeis particularibus uidetur ſufficere diligentia notata ſupra notab. 19. nu. 19.

Pœnitentes. Quæ dicatur uera & requiſita pœnitentia, ad quærendam lobeam, & alias indulgentias diximus ſupra not. 17. quibus ſolum addo, docere & inculcare debere concionatores ſuis auditoribus, & uiros doctos indoctioribus, ſummam eius quod dicitur ibid. n. 9. nempe quod non ſolum requiritur vt pœnitenti aded diſpliceat peccatum mortiferum, quod formaliter vel virtualiter mallet omnia mala pœnæ, etiam ipſam mortem corpoream toleraſſe, quã illud admiſiſſe, & ob illud gratia Dei amiſſa, eius inimicitiam capitalem incurriſſe, & latius in ca. i. num. 21. Manual. diximus, ſed etiam malle formaliter vel virtualiter potius iram omnium Regum, & Principum, herorum, cognatorum, & amicorum incurrere, & omnia mala, etiam mortem corpoream ſibi obuenire, quam illud mortiferum, quod fecit, iterare, vel aliud ſimile admittere, aut ſaltem ex animo dolere, quod ad tam generoſam pœnitudinem non poteſt omnino peruenire, quamuis non teneatur credere, ſe nunquam id amplius facturum, vt utrobique dicitur, ſine his enim duobus non conſtat uera pœnitentia: nam vt pœnitendo peccati perueniat ad gradum contritioni neceſſarium, oportet pœnitentem plus odiſſe peccatum, quam quoduis aliud malum pœnæ odio dignum, ſimul & uelle uitare idem plus quam quodlibet aliud uitatu dignum per c. Perfecta de pœnit. diſt. 3. & tradita in d. c. i. Manual. nu. 22.

V Confessi. Non ſolum propoſito, ſed etiam actu & de facto, vt late probamus ſupra notab. 18. limitantes hoc in eis, qui iure vel facto iuſtè à confessione actu facienda impedirentur, addentes, quando, & qualis confeſſio ad hoc ſufficeret, ubi quamuis nihil de ſufficientia confessionis factæ poſt perfectas uifitationes requiſitas meminerimus, meminimus tamen multa ſupra in gloſ. in uerbo (durante) quæ pro repetitis habemus.

X Interniſſis. Ergo ſufficit quod uifitationes fiant diebus interpoſitis, & diſcontinuis, quanquam ſcio nõ nullos egregia in Deum charitate & religione, cœpiſſe ab integro illas, eo quod iam cœ-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

ptas interpellare ob causas superuenientes oportuiffet, sed aliud est adimple-
re præceptum, siue solum opus præceptum facere, aliud implemento præcepti
cumulum, & quæ de consilio sunt, addere, §. fin. 4. dist. & cap. Quod præcipitur
14. q. 1. Hoc posterius fecerunt illi absque necessitate, quòd tamen non esse fa-
ciendum necessario, probat hæc litera disiunctiua, quæ solius vnius partium
implementum requirit. c. Inter cætera de rescrip. l. Plerunq. ff. de Iur. dot.

Y Semel saltem in die. Quæstio fuit in principio huius an-
ni mora in facto, quam prius moue-
rat in iure Iohan. Mon. in glos. prædictæ Extrauag. 1. super eodem verbo [se-
mel] An satisfaceret, qui vnam vel alteram Ecclesiam visitaret vno die, & al-
tero vel tertio aliam vel alias? An vero oporteat eadem die omnes quatuor
visitare? & prædictus quidem Iohan. Mon. respondet sufficere quod fiat visi-
tatio earum diuersis diebus, subdens hoc respondisse Bonifac. authorem illius
Extrauag. 1. Contrarium autem dicitur respondisse S. D. N. Greg. XIII. Au-
thor huius, & quidem rectè, quia non est recedendum à proprio & communi
sensu verborum l. Non aliter ff. de leg. 3. cap. Ex literis de sponfal. At illa verba
[qui quatuor ecclesias semel saltem in die visitauerit] de proprio & commu-
ni sensu eorum, requirunt, vt visitatio earum semel in die fiat: Tum quia dicitur
[in die] numero singulari, & non [diebus] in plurali: Tum quod aduerbium
[semel] adiunctum verbo [diei] significatè videtur, vt vno & eodem die fiat.
argu. l. In delictis. §. si extraneus ff. ad leg. Aquil. eadem ferè ratione dicendum
posse videtur, non posse quem duas visitationes eodem die facere, ad effectum
satisfaciendi duorum dierum visitationi, de quo dubitatum est à nonnullis.

z Romani. Hoc idem verbum ponitur in d. Extrauagan. 1. per quod
non sunt intelligendi qui sola origine propria vel pater-
na sunt Romani iuxta l. Ciuem facit origo C. de incol. lib. 10. & l. Assumptio. ff.
ad Municipalem: Arbitror enim quod ille, qui natus in vrbe, vel oriundus ab
ea habitat in Hispaniis, vel Galliis, vel in Italia extra vrbem, veniens ad quæ-
rendum hanc indulgentiam, non tenetur visitare 30. diebus, sed satisfacit visi-
tando quindicies, sicut alij peregrini, qui licet alias domicilium originis,
preferatur domicilio habitationis iuxta notab. in l. Cum quædam puella ff. de
Iurisd. c. mn. lud. Quoad hoc tamen, præualere videtur domicilium habitatio-
nis, quia ratio cur pauciores visitationes imponantur peregrino (quæ est eui-
tatio laboris & impensarum) habet locum perinde in illis, ac in pœnitentibus ex-
traneo, & consequenter eodem iure sunt censendi l. Illud ff. ad l. Aquil. & c. Du-
dum in 2. de elec.

a Incolæ. Hoc verbum non ponitur in d. Extrauag. 1. per quod tamen
intelligendi sunt, non solum, qui verè sunt incolæ, sed etiam
qui sunt habitatores eius, habitantes in ea ad aliquod tempus incertum, vel
ad cò magnum certum, vt meritò debeant haberi pro habitatoribus eius, qui
tamen non sunt verè incolæ, nec contrahunt domicilium, ratione cuius inco-
læ ordinari possunt à Vicario Vrbi: iuxta cap. Cum nullus de temp. ordin. lib.
6. Is enim est verè incolæ, & contrahit tale domicilium (vt tradit. Andreas
Alciatus definit in l. pupillus. §. Incolæ. ff. de verbor. signific.) qui, cum sit adue-
na, in aliquam ciuitatem ea mente habitatum venit, vt ibi perpetuo sit, sum-
mamque

namque rectum suatum habeat, quæ definitio probatur per l. i. & j. ubi idem dixit Ioan. de Plat. C. de Incol. lib. 10. & Panorm. in cap. fin. de Paroch. & consequenter, nec Romani habitantes in vrbe dicuntur incolæ, quia non sunt aduenæ, nec Curiales, & alij quamplurimi, qui sine animo perpetuo in ea manendi eam ad aliquod tempus incertum, vel certum magnum inhabitant: Attamen in hac Extrauag. tam per Romanos, quam per incolas, illos omnes & solos intelligimus, qui perpetuam, vel temporalem magnam habitationem habent in ea, siue sint aduenæ, siue originarij, & siue habeant animum perpetuo in ea manendi, siue non: Quare rectè, licet non à radice, censuit Ioh. Mou. in gloss. d. Extrauag. i. super verbo [forenses] teneri ad visitandum trigentes Curiales omnes, litigantes, Procuratores, Aduocatos, Officiarios, etiam Cardinales, qui ad tempus incertum manent in vrbe animo ab ea discedendi: Cui addo, idem dicendum de manentibus ad annum, vel aliud certum tempus addè magnum, vt boni viri arbitrato dici possint inhabitatores, licet careant domicilio arg. l. Hæres absens §. Proinde ff. de Iudic. quatenus probat, eum, qui est eiusmodi habitator, putà, quia habet tabernam vel pergulam, posse ibi conueniri, licet non eum, qui vt viator, & peregrinus, contraheret.

bb Peregrini. Hoc verbum seruit in hac Extrauag. pro illis duobus [forenses & peregrini] positis in d. Extrauag. i. quod factum videtur ad tollendam illam dictionem barbaram [forenses] quæ tamen erat utilis, ad comprehendendum eos, qui non sunt Romani, nec habent domicilium verum in Vrbe, nec habitationem, qua possint dici incolæ, vel habitatores, quippe qui non habent tabernam, neque pergulam, & veniunt ad Urbem statim abituri, alia de causa quàm peregrinationis. eiusmodi enim hominem Extrauag. illa appellauit forenses, qui non teneretur nisi ad visitandum quindecies, & non videtur esse peregrinus, quia non venit ad Urbem causa visitandi limina Apostolorum, neque ad consequendum Iobeleum: Attamen responderi potest, eum dici posse saltem largo modo peregrinum, vt probatur cap. i. cap. Inter quatuor & tot. tit. de cler. peregr. Et consequenter, quòd appellatione peregrini continentur in hac Extrauag. omnes & soli, qui veniunt ad Urbem hoc anno causa deuotionis, vel causa querendi Iobeleum, vel alia quasi viatores statim recessuri, & non intendentes figere domicilium, siue perpetuo manere in illa, nec tanto tempore inhabitare illam, vt merito dici possint inhabitatores Urbis, & ita loco verbi [forenses] poterat adiungi verbo [Peregrini & alij, quasi viatores, & statim recessuri,] Nam non posset aptè poni exteri vel extranei, neque forenses, quoniam illæ dictiones non comprehenderent Romanum originarium, qui habet domicilium extra Urbem, & inueniretur in ea, alia de causa, quàm peregrinationis, quasi viator, quem tamen negari non potest satisfacere quindecies visitando.

cc Deuote. Concordat Extrauag. Vnigenitus ibi [deuotionis] & Extrauag. Quemadmodum quæ habet [reuerenter] pro eodem pro quo hæc deuote: Per quæ significatur, visitationes has ecclesiarum, debere fieri benè, & quidem rectè, nam, licet per asserta cum communia contra Caietan. supra notab. 19. non sit necessarium, vt fiant in statu gratiæ,

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

necessarium tamen est, vt ibi diximus, quod sint actus boni moraliter: Ex quo nasci videtur questio illa grauis, An præsупposito quod ibi probauimus, videlicet, quod non sit opus, vt actus quem præsупponit indulgētia, fiat in statu gratiæ, & sit meritorius, sed quod sufficit, & requiritur quod sit bonus saltem moraliter: An inquam, desinat esse talis, si fiat à peccante venialiter? Nam pro huius parte affirmante facit, quod vnus & idem actus non potest esse bonus & malus etiam venialiter tantum, etiam diuerso respectu, secundum Thom. in 2. sent. dist. 40. q. 1. art. 4. relatum à nobis in Manual. Confess. Prælud. 7. num. 22. & actus ille visitandi, quem quis facit venialiter peccando, videtur esse malus: Ergo non est bonus moraliter. Pro parte verò negante facit, quod nulli vel pauci, saltem collatione aliorum, visitant trigēses vel quīdecies quatuor ecclesias hoc anno Iobeleo visitandas, nullo peccato mortali vel veniali, in eundo, stando, & redeundo, admissō. Et consequenter, nulli vel pauci consequentur hanc indulgentiam Iobeleam, quod est præter omnium ferè opinionē, & absurdum, nec dicendum, l. Nam quod absurdum. ff. de oper. lib. Pro solutio-
 45 ne igitur præsупpono, quod opus, siue actus ille potest fieri malè à peccante venialiter, dupliciter, vno modo ita, quod ipse actus, vel aliqua eius pars sit mala venialiter, agendo illum inordinate, vel in finem malum venialiter, putà, ad gloriam vanam, vel alias ad iniuste complacendum, displicendum, lucrandum, vel nocendum leuiter alicui, vel cum defectu alicuius circumstantiæ ad eius bonitatem requisitæ, vt quia facit tempore, modo, habitu, vel gestu indubito: Verbi gratia: Visitat quis prædictas ecclesias propter vanam gloriam venialem, quia talis actus est venialiter malus ob defectum circumstantiæ boni finis aut nimis risui, & prophanis negociis, nimis que colloquiis indulgēs, vel tempore indecenti, cum scandalo, saltem veniali aliorum, vel cum habitu vel comitatu suæ personæ indecenti, aut nimium properando. Secundo modo, faciendo aliqua venialia, quæ non contingunt actum, vel partem eius, verbi gratia: Visitat quis quatuor ecclesias siue in statu gratiæ, siue in statu malitiæ, bono fine, bono modo, & tempore oportuno: Sed durante tota visitatione vel aliqua eius parte, in via vel in ecclesiis peccat venialiter, inordinate intra se irascendo, concupiscendo honorem, gloriam, voluptatem, vel aliud huiusmodi malum venialiter volendo, vel bonum malè venialiter faciendo, is enim visitando, solum peccat alia venialia visitandi actui extraria, nam qui concupiscit aliquam vindictam paruam, aliquam vanam gloriolam ex aliis actibus eius, vel etiam ex eodem actu visitandi per alium actum separatum, non præstituendo illam pro visitationis fine, non facit actum visitationis malum, sed facit alia ei extraria: Illa enim non sunt de substantia vel circumstantia illius visitationis, vt post Thom. in 2. sent. dist. 38. qu. 1. art. 4. ad 4. & Iacob. Almayn. de moral. cap. 12. diximus in c. Inter verba 11. q. 3. conclus. 5. nu. 61. Quod qui facit elemosynam desiderando vanam gloriam, si vno & eodem actu vult vtrumque, est malus: Si autem vno actu vult facere elemosynam propter bonum finem, & alio actu vult gloriam vanam, erit ille bonus moraliter, imò & meritorius, si fiat in statu gratiæ, licet hic, sit malus venialiter.

Hoc igitur præsупposito, respondeo 1. Quod qui visitans ita peccat venialiter circa ipsum actum visitandi, vt ipse reddatur malus saltem venialiter, quia facit

facit illum cum defectu alicuius circumstantiæ ad bonitatem moralem ipsius necessariæ, non facit actum ad quærendam indulgentiam sufficientem: Qui autem visitans solum peccat alia venialia visitandi actui extranea, satisfacit. Secundo quod fieri potest, imò frequentissimè fit, quod vna pars actus sit venialiter mala, & alia omnino bona qualis est actus eundi ad ecclesiam, illius qui incipit eum ob vanam gloriã, & postea in se reuersus profequitur, & finit ob Dei obsequium: qualis item actus eius qui vnã vel alteram particulam missæ, vel horæ Canonicæ facit, cum nimia mentis euagatione, vel omissione alicuius verbi vel versiculi. Qui igitur maiorè partè actus visitandi bene faceret, licet pars eius esset mala, satisfacere videretur: Tum, arg. I. Quod maior pars ff. ad Municip. & cap. 1. de his quæ fi. à maio. par. Cap. Tum, quia hæc Extr. & aliæ, maiorem respectum videntur habere ad vltimam partem actus visitationis, quam ad reliquas. Extrauag. enim 1. habet, qui accesserint, & hæc, & aliquot aliæ: Qui visitauerint, & non qui iter fecerint ad visitandum, & ita ponderare videntur ipsum accessum, & ipsam visitationem, quæ sunt vltimæ partes visitationis, potius, quam alia: Nam si absque vlla itineris factiōne accederent, vt multi habitantes intra aliquas prædictarum ecclesiarum faciunt, perindè satisfacerent, ac alij iter facientes, Vnde arbitror, eum, qui modestè ac deuotè ingrederetur, precaretur & exiret ecclesiã, satisfacere, etiã si reliquum itineris immodestè faceret.

Tertio, quod ea quæ dixi de visitatione facta à peccante venialiter, dicenda videntur etiam de facta à peccante mortaliter, nempe: Quod si ita fiat vt ipse actus visitationis sit peccatum mortale, non satisfacit, si autem ita fiat, vt ipse non dicatur malus, quamuis qui facit illum, peccet alias mortaliter, satisfacit: Tum, quia actus visitandi benè moraliter factus, non desinit esse bonus moraliter plus ob alium actum mortiferum, quam ob venialem, actus enim moraliter bonus compatitur sibi actum malum mortiferum: ac venialem, secundum omnes: Tum, quod (vt diximus in Manual. Confess. cap. 11. num. 13.) vniuersa ista decem præcepta, & alia omnia possunt impleri ab illo, qui est in peccato mortali quoad substantiam actus præcepti, & effectum euitandi nouum peccatum, quod incurreretur, si non adimpleretur illud, iuxta definitionem S. Tom. 1. sec. q. 100. artic. 10. & 2. q. 44. artic. 1. & fin. commniter recepti, quod Concil. Trid. sess. 6. cap. 7. scnsit: declarans hæreticum esse illum, qui dixerit, opera nostra, ob id solum quod fiant extra statum gratiæ, esse peccata, licet ad obtinendam gratiam in hac vita præsentis, & gloriam in futura nihil valeat implementum præcepti in illo statu, cap. Nihil de consecr. dist. 5. Quibus addo nunc, posse impleri ad effectum prædictum, præceptum per opus etiã mortiferè malum, secundum Maior. qui in 3. dist. 37. q. 15. ponit exemplum de Presbytero obligato de præcepto ad faciendam aliquã missam, quam facit mortali culpa infectus: Is enim implet præceptum de dicendo missã ad hoc, vt nõ teneatur iterare, quamuis id faciendo peccet mortaliter: c. sane cum glo. & ei annot. de celeb. miss. Quod non in hoc dixerim, vt relaxem visitates ab intentione animi, quãta maxima possunt religione totum iter visitationis faciendæ: sed vt tollam scrupulos eorum, qui aliqua occasione id solum, quod diximus requiri, fecerint. Circa hoc interrogor: An quis possit bis, ter, vel pluries hanc

Commen. De lobeleo & Indulgen.

indulgentiam lobeleam sibi querere, bis, ter, vel pluries, faciendo visitationes requiritas? Et quidem pro parte negatiua faciunt ea, quæ pro parte tenentium, quod facultas eligendi confessorem restringatur ad primum actum eligendi, adduximus in cap. Placuit de pœn. dist. 6. à num. 166. nempe: quod sermo simpliciter prolatus in primo actu verificatur, & de illo tantum intelligitur l. dotis promissio. ff. de iur. dot. l. Boues §. hoc sermone ff. de verb. signi. vt securitas veniendi data bannito, de primo veniendi actu intelligitur, Bart. in l. i. ff. ad leg. Iul. de adult. & Panor. in cap. 2. de treug. & pac. & potestas arbitro data in compromisso de prorogâdo termino compromissi, si non est dictum semel vel pluries, intelligitur de prima prorogatione & vnica, quod amplificat Fely. in illo cap. 2. de treug. & pace & Rochus de iur. patron. verb. Honorificum q. 10. dum disputat: An gratia concessa patrono laico, vt post vnum præsentatum possit alium præsentare, per cap. Quod autem de iur. patr. debeat intelligi de prima vice tantum? In qua quæst. Cald. concess. 16. An laicus, de iur. patr. respondit, non posse. Quem secuti sunt prædicti, & in præcitatâ locis, & etiam idem Fel. in cap. Omnes leges i. dist. col. 4. Secundum quos patronus quidem potest semel, aut iterum, quot volet cumulando, præsentare, non autem tertia vel quarta. Pars vero affirmans videtur verior, primum quidem, quod dispositio generalis, etiam in materia odiosa, comprehendit omnes casus, ad quos se extendunt verba eius, secundum propriam significationem: l. Cum lege iun&. glo. per quam ita firmat Aret. ibi col. 3. & Deci. in l. factum §. in pœnalibus ff. de regul. iur. & in multis aliis locis, & Alciat in Rub. de verb. signif. in prin. At verba huius Extrauag. per quæ concedit indulg. lobeleam, omnibus trigestes vel quindecies visitantib. ecclesias, de propria significatione comprehendunt non solum eos, qui visitant prima vice trigestes vel quindecies, sed etiam eos qui secunda, tertia, vel quarta idem fecerint. I. quod qui instituit Posthumum non solum intelligitur instituere Posth. ex prima uxore, sed etiam ex secunda vel vltiore l. Placet ff. de lib. & posthu. Imò & idem de exhæreda. tenet ibi glo. approbata per Barr. & sequaces, licet aliqui cõtra teneant. III. Quod hic agimus de beneficio Principis non ambizioso non præiudiciabili tertio, quod latissimè interpretandum esse supra diximus in 7 glos. verb. [Durante] iuxta l. Beneficium ff. de constit. princip. & cap. quamuis in fin. de præd. lib. 6. Non obstante quod aliquo respectu concessio indulgentiæ sit restringibilis, quia illi non est locus in ista, vt dicitur infr. notab. 34.

III. Per ea, per quæ secuti fuimus vbi supra nu. 169. Palud. in 4. dist. 17. q. 3. col. 5. dicentem eum, qui facultatem habet eligendi confessarium, posse nunc eligere vnum, num aliud, toties, quoties voluerit. V. per ea, per quæ in Apolog. lib. de redit. q. 3. num. 9. tenuimus, licentiam testandi non finiri per primam testamenti factionem. VI. per illud Palud. relatum supra notab. 15. nu. 19. videlicet quod indulgentia in perpetuum, vel in tempus aliquod certum visitantibus aliquam ecclesiam concessa, lucre fieri potest quolibet anno, quolibet 8 mense, & quolibet die: Cui dicto ne sit contrarius Thomas in 4. dist. 20. q. 3. artic. 2. relat. supr. not. 31. nu. 36. est restringendus ad tempus determinatum dierum & non ad aliud longius. VII. Quod non obstant adducta pro contraria parte, & omissa solutione, quæ ex perpensione eruditiss. Alciati colligitur, quia

quia replicari posset: Respondeo, quod non obstat illa regula cum sup. citatis, scilicet: quod sermo simpliciter prolatus intelligi debeat de primo actu: quoniam illa procedit in odiosis, & onerosis, puta cum dispensatur cum aliquo, vt possit duo beneficia obtinere, intelligitur de duobus primis cap. Non potest de Præb. lib. 6. & idem, quando quis promittit alicui dotē cum nupserit de primis tantum nuptiis accipitur d. l. dotis promissio ff. de iur. dot. Secus autem in parum onerosis, & satis fauorabilibus l. Placet ff. de li. & posth. quod tradit Oldrad. conf. 32. Anan. conf. 14. Alex. conf. 170. col. 2. Nouissimi in illo §. Hoc sermone & Dec. in cap. Quanto de iudic. Et quod not. Panor. de charitatiuo subsidio in ca. Cum Apostolus col. 1. de censib. cum similibus: Hæc autem gratia concessionis Iobelei est omnino fauorabilis, nulli onerosa, omnibus cupienda, vt palam est ex illis verbis contextus [ad salutarem lætitiā] & ex illis [quanto maiore possumus animi gaudio, indicimus.]

Ex quo & superioribus patet multiplex solutio quæstionis, quam interrogati fuimus à confessario quodam eruditissimo, mense Ianuario, proximè elapso, super quodam, qui post aliquot visitationes factas peccauit mortaliter, An possit ex integro incipiendo visitationes, hanc indulgentiam quærere? Prima quidem affirmatiua, euidenter colligitur ex proximè dictis. Secunda, quod non erat ei necesse omnes visitationes ex integro repetere, quia illud peccatum non annihilauit iam factas, eo quod non est de substantia, vt fiant in statu gratiæ, & minus, quod nullum peccatum mortale admittat toto tempore illarum, per dicta supr. in glōf. in verb. [durante] & not. 19.

Tertia Quod licet dubitari possit, an qui semel lucrifaceret hanc indulgentiam, posset iterum eam lucrari? Procul dubio tamen est, eum, qui nondum lucratus fuerit, licet visitationes cœperit, posse eas nouè faciendo, vel continuando, si erant benè moraliter factæ, lucrari. Quia etiam in illis casibus, in quibus dispositio finitur primo actu, potest repeti, & fieri secundo, si primus esset nullus, & omnino inutilis l. Hæc conditio ff. de condit. & demonstrat.

48 dd **Preces fuderint & c.** Nota quod Extrauag. 1. omnium, quibus inductus est Iobeleus annus, quæ est prima in impressis de pœn. & remiss. transcripta supr. notab. 7. simpliciter requirit accessum ad prædictas ecclesias: Extrauag. vero vnigenitus, quæ est secunda, addit debere eum fieri deuotè & reuerenter, cui etiam quarta concordat: Hæc autem requirit non solum accessum, sed etiam preces pro salute visitantium, & totius populi Christiani: non tamen præstituit formam, nec numerum precum, & non desunt qui dubitent & rogent, quid in hoc facere debeant, & potest responderi primo, requiri, hoc anno precari Deum pro salute visitantium, & totius populi Christiani, per hunc text. in hoc singularem.

II. Nullam præcædi formam esse aliquo iure præscriptam, & ita satisfacere omnes, qui verbis quibusuis Hebraicis, Græcis, Latinis, Italis, Hispanis, Gallis, Vasconis, vel Germanis, prædicta duo in qualibet ecclesiarum visitandarum precati fuerint, imò & qui sola mente absque verbis id facerent, non solum, si muti essent, quia litera hæc solam precationem requirit, qualis est mentalis, quæ solam vocalem præcellit, iuxta Hieron. in cap. Cantantes 92.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

dist. & iuxta illud relatum ab eiusdem glo. [Non vox sed votum, non musica cordula, sed cor, Non clamans, sed amans clamat in aure Dei.] III. Quod à fide dignis accepi S. D. N. cum prædictas visitationes faceret variis iisque secretis precandi formulis vsum fuisse, quod ipse quoque feci & facio.

ee Plenissimam. Quid vero inter plenissimam, plenam & pleniorrem distet, dictum est supra notab. 9.

49 **ff Consequentur.** Ipso facto, quia non videtur requirere ullam aliam Confessarij vel alterius absolutionem, vel concessionem, per quod soluitur quæstio nobis super hoc proposita: & consequenter immediatè post, & non ante vltimum momentum vltimæ visitationis: Tum, quia dispositio conditionalis post impletam conditionem statim fortitur effectum, & non antè cap. si pro te de Rescrip. l. Cædere diem ff. de verb. signif. & hæc indulgentia conceditur formaliter vel æquiuvalenter sub conditione si visitauerit, eo quod relatiuum [quis] vel [qui] adiunctum verbo futuri temporis, vt hic adiungitur, vt prædictum est, conditionem importat: l. Stichum, qui meus erit ff. de leg. 1. Tum, quia ante illud quæri nequit, quia ante illud non potest dici completa conditio visitandi sub qua conceditur, nec est vllum verbum, quo in aliud tempus differatur: Cui consequens est, eam non quæsitam iri ei, qui illo vltimo momento non esset in statu gratiæ, & perdere, quoad hoc, fructum itineris sui, & laboris visitandi, nisi eo in casu quo supra satis nouè in glos. verb. [durante,] tenuimus, pœnitentiam & confessionem superuenientes, post actus visitationum perfectos, intra residuam partem anni Iobelei sufficere, illo enim casu dicendum est prædictam indulgentiæ consequutionem futuram immediatè post vltimum visitationum momentum, vel post illud, cum primum fuerit præmissa confessione in statu gratiæ intra residuam Iobelei anni partem: quod est valdè memorandum, ne perdamus, quod aiunt, oleum & operam, vt perdemus si in vltimo visitationum momento visitantes non inueniamur in illo fœlicissimo gratiæ statu, vel intra residuam anni Iobelei partem.

88 **gg Post iter.** Nota ex hoc loco, argumento ab speciali, quod est vallidum cap. Præsenti §. loca de præb. lib. 6. non posse lucrificari indulgentiam, nisi opere ob quod conceditur consequuto, etiam ab impedito iusto impedimento: speciale enim est, in impedito post iter arreptum, & consequenter angustior est concessio hæc S. D. N. Greg. XIII. quam fuit illa fœl. rec. Iulij III. de qua supra notab. 19. egimus: Contra hoc tamen facit, quod sup. cod. notab. nu. 10. dictum est, impeditum confiteri posse lucrificare indulgentiam, non facta confessione, sed responderi potest, nos hic loqui de opere & actu propter quem conceditur indulgentia, ibi vero de impedimento confessionis, propter quam illa non conceditur, licet ad eam quærendam requiratur.

hh **Hortamur.** Nota exhortationem compendiosam, concinnam, neruosam, & omniù forte Iuris Pontificij ad verum nostræ peregrinationi scopum proponendum aptissimum, dum breuiloquio eleganti nostram peregrinationem, & vltimum, illius finem, cum mediis ad illum iuuantibus simul & impediētibus, ob oculos proponit. Quod frequēter
facere

facere esse homine Christiano dignissimum vtiliter monuimus in Manual. Confess. Prælud. 4. nu. 1.

ii **Mandamus.** Meritò dubitari potest, an hoc verbum contineat præceptum, & quale? An obligans ad mortale, an veniale tantum? & quidem arbitror continere præceptum: Tum, quia omne mandatum superioris tanquam talis, factum subiecto tanquam tali, viderur esse iustus & præceptum, l. i. ff. quod iuss. per quam gloss. intulit, licet non efficeat, superioris preces iussui æquipollere: Tum, quia proprie mandare est committere, in Rubr. ff. de offic. eius cui mand. est Iurisd. & l. i. §. Qui mandata eod. tit. & in Auth. de mand. prin. in rubr. & nigro, & commissio superioris obligat ad obediendum c. pastoralis, de offi. deleg. Tum, quia in cap. 1. de offic. deleg. quod in vnâ parte præcipitur, in altera parte appellatur mandatum: Tum, quod secundum Anton. & Imol. in c. Nam, de constit. quos sequitur ibi Felyn. num. 5. verbum [mandamus] inducit præceptum: Tum, quia constitutio in dubio continet præceptum, nisi aliud sonent eius verba, secundum Archid. in §. Hæc etsi legibus 4. distin. Tum, quia negari non potest S. D. N. magis voluisse obligare Prælatos, per hanc clausulam [mandamus & c.] quàm alios Christi fideles per illam superius positam [monemus & exhortamur] quod & sensit inferius ibi. [monitionis, hortationis, mandati, rogationis & c.] Non obstat quod mandare idem est proprie, quod committere, & quod commissio, & mandatum non obligant, donec acceptentur, & mandans & mandatarius consentiant l. i. & l. diligenter & tot. tit. ff. & C. mandat. & quod committere videtur esse genus ad præcipere, nam omnis qui præcipit committit, non autem contra omnis qui committit præcipit, cum enim par pati, & inferior superiori, aut superior tanquam priuatus committit alteri inferiori non tanquàm subiecto, sed tanquam alteri, vel cum procuratorem vel nuncium constituit, committere quidem videtur, sed non præcipere.

Non inquam hæc obstant, quia non loquuntur de mandato superioris tanquam talis, factò subiecto, tanquam tali, de quo loquitur hæc Extrauag. Sicut enim mandatum factum alicui gratia illius tantum, habet vim consilij l. 2. sub fin. ff. manda. sic commissio siue mandatum superioris tanquam talis, factum subiecto tanquam tali, habet vim præcepti per d. l. i. ff. Quod iussu. Non obstat etiam, quod præceptum & mandatum tanquam diuersa ponuntur in ea. Eam te de Rescrip. & ea longè differre dicit gloss. celeb. ff. de offic. Præsid. & Felyn. post alios in d. c. Eam te nu. 10. de Rescrip. ponit quinque differentias, quarum vltima est Arch. in cap. Quod præcipitur 14. q. 1. scilicet: quod mandatum tenet medium inter consilium & præceptum, & non ligat ad pœnam: Non inquam hæc obstant, quia solum probant, differre mandatum & præceptum, tanquam genus & speciem, & quod præceptum aliquanto magis obligat, quàm mandatum, Quod nos fatemur & supra probamus & infra dicemus: Non autem probant, Quod mandatum superioris tanquam talis, factum subiecto tanquàm tali non obliget illum, plus quàm consilium: esto non obliget tantum, quantum præceptum, quod & nos dicimus, nam & illud dictum Archid. quod mandatum continet medium inter consilium & præceptum, (quod Decius ait in d. c. Eam te iure non probari) probatur certè, tenendo quod dicimus de manda-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

to superioris, quòd obligat quidem, sed non tantum, quantum præceptum, vt mox dicitur: Maioris tamè difficultatis est alterum membrum supra positum, scilicet an obliget ad mortale? Pro vtraque enim parte possunt adduci illa que magna intentione animi, licet parua verborum mole compendiose scripsimus in Manual. Confess. cap. 23, à nu. 48. Pro parte quidem negatiua illud, quòd non obligant ad mortale leges etiam Canonice, quæ non habent verba præceptiua, vel prohibitiua, sed solum ordinatiua, vel constitutiua, etiam si sint imperatiui modi, qualia sunt illa, facite, dicite, faciant, dicant, Clem. Exiui. §. Quia de verb. sign. & alia similia, quæ iuxta communem intelligentiam non significant præceptum, nec prohibitionem: iuxta S. Thom. communiter recept. 2. 2. in q. 186. art. 9. probatum à Panorm. & communi in c. Nam, de constit. & illud, quòd nullum est verbum Latinum, quòd solum aliqua in lege positum, sufficienter significet suo significato originario, mentem illius latori fuisse, transgressorem ad mortale obligare, nec consequenter illa verba, teneatur, debeat, obligetur, nec illa, præcipimus, obligamus, veramus, inhihemus, mandamus, prohibemus: Tum, quia sunt generalia, & tam apta ad inducendum obligationem ad culpam venialem, quam ad mortalem, arg. cap. 1. de respons. imp. & princ. regulæ Sancti Augustini. Atque ita in dubio intelligenda potius de culpa & pœna veniali, quàm de mortali, cum leges quæ rectè intelligi possunt de pœna maiori & minori, in dubio de minori intelligendæ sint l. Interpretatione & l. si præses. ff. de pœnit. & c. in pœnis de regu. iur. lib. 6. Tum, quia multæ leges etiam diuinæ & naturales præceptiux, ad solum veniale obligant, vt probat Caiet. vbi supra, qualis est lex de non mentiendo iocosè aut officiosè, sine damno alterius. Et quòd frequenter iura addunt aliquid verbis præceptiuis, vt in Clem. Dudum in fin. de sepult. ibi [districte præcipiendo mandamus] & in Clem. Si Dominum de reliq. & vener. sanct. §. Ideoque, ibi [in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus] & in Clem. 1. de immu. Eccles. ibi [sub obtestatione diuini Iudicij præcipimus.]

Pro parte vero affirmante colligi potest ex eodem loco nú. 52. illud. [Dixi supra (de se, & suo originario significato) Nam de accidentali, quem vsus Ecclesiasticus, & communis interpretatio conciliorum, Pontificum, & aliorum Prælatorum, & Doctorum illis tribuit, omnia & singula verba præceptiua & prohibitiua, posita in lege Ecclesiastica, significant, in dubio conditorem eius habere animum obligandi ad mortale, nisi aliud in ea positum, contrarium indicet per Clem. Exiui. §. Cum autem de verb. signific. quæ habet S. Franciscum noluisse obligare omnes suos religiosos æqualiter, ad omnia, quæ sua regula continet, eo quòd ad aliqua ex regula addidit verbum præcipiens, quòd ex vi sua ad mortale obligat, & ad aliqua nõ, & c.] & illud paulo inferius: (concedendum est vnum, quòd est satis durum populo Christiano, quòd intentio cuiuslibet legislatoris ecclesiastici vtentis in sua lege verbo præceptiuo aut prohibitiuo, est obligare ad mortale, vt tenet communis in d. c. Nam, nisi per aliquod aliud verbum, aut signum exprimat contrarium, aut significetur.) Et quòd verbum [mandamus] huius Extr. habet vim quandam præceptiuam per supradicta. Quibus perpensis videtur iuri propior pars prior affirmans, quia verbum [mandamus] nec ex sua innata significatione, nec ex vsu Canonum eccle

ecclesiasticorum videtur habere tantam vim ligandi, quantam præceptum, nisi aliquid ei adiciatur, vt in d. Clement. Dudum: Quare credimus per hanc clausulam obligari transgressores eius, ad veniale tantum, nisi ex contemptu fecerint.

kk **Edocendos.** Hoc ego mandatum quanta diligentia fuerit in aliis Regnis impletum, nondum noui, quòd autem in Italia fuerit cumulatè executum, non solum verbis & libellis editis constat, sed etiam resplendet raris exemplis Illustrissimorum Cardinalium, præsertim Caroli Borromei Archiepiscopi Mediolanensis, & Alexandri Sforza, Episcopi Parmensis, qui cum tempore indictionis in suis ecclesiis residerent, grègibus suis per conciones, & libellos edoctis, magna cum religione in Urbem appulerunt, summo Pontifici Portam Sanctam aperturo astaturi, Et, (vt causa breuitatis omittam dicere de Parmensi, & aliis, eorumque libellis,) prædictus Illustrissimus Borromeus, antequam iter arriperet, gregem sibi commissum piissimè pientissimus, non solum verbis, sed etiam scriptis typis excussis exhortatus fuit, non tantum vt se peccatorum suorum omnium contritione & confessione pararent, sed & sacrosancta communione munirent, iterque religiosè sacras aliquas Ecclesias obiter visitando facerent, vrbique appellentes se denuò confessione mundarent, & deuotè magna cum veneratione, omnem peccati maculam cuitantes, ecclesias præstitutas visitarent, reliquias sanctorum in eis seruatas adorantes, eorumque aliqua gesta (quòd in amorem eorum accenderentur) in memoriam reuocantes, simul pro sua populique Christiani salute prospera orantes &c. Quæ omnia ipsemet sui gregis forma factus, magno & raro exemplo, in itinere faciendo primum, deinde in Vrbe, ab ipso primo Sanctarum Portarum apertionis die, præstitutas in id ecclesias pedes visitando, prestare cœpit, & præstitit, cohibens se suosque familiares omnes, à colloquiis, non solum malis & vanis, sed etiam secularibus, simul sacræ meditationi, sacrisque precibus occupando.

Quanta vero cum religione, ipsemet opt. max. totius ecclesiæ Princeps S. D.N. Greg. XIII. 73. agens annum, ea omnia, quæ suis literis suum vniuersum gregem exhortatus est, præstiterit, etiam bonam partem itineris pedes faciens, cum multis Illustrissimis Reuerendissimisque Cardinalibus, cumque sua Illustri admodum & Reuerenda familia, non est tenuitatis, & Infantia nostræ eloqui, sed neque quanta ea præstiterint singulatim cæteri omnes Illustrissimi Cardinales & alij præcellentes Principes, Reuerendissimique Præsules, & alij primæ notæ viri muneribus, pietate, & eruditione clarissimi, cum roto ferè promiscui sexus populo Rom. indulgentiis modestè ac deuotè quærendis, omnium, quos terra colit, diligentissimo, deuotissimoque. Porro prædicti Illustrissimi pientissimique Cardinalis Borromei dicta & facta, non in id refero, vt putem ea omnia esse ad prædictam Iobeam indulgentiam quærendam necessaria, sed vtilia, sancta, & omnium imitatione digna: Non enim est necessarium, ante itineris arreptionem confiteri, imò nec conteri, non item generalem omnium, quæ antea commisit peccatorum confessionem sacram præmittere, quia satis est ea solum, quæ nondum fuerat legitime confessus, confiteri, non item, alia loca sacra præter præstituta, iter faciendo,

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

vel in Vrbe existendo uisitare, non gesta prædicta sanctorum in memoriam reuocare, non ab omnibus colloquiis, etiam secularibus, & feriis, vel animos honestè recreantibus abstinere, non pedites ire, nec toto tempore iter facendi & uisitandi, in statu gratiæ perdurare, imò nec omnia & singula prædicta in eo facere, sed satis est ea moraliter bene præstare, modo vltima, & proxima Indulgentiæ quærendæ in eiusmodi statu, confessione sacra præmissa, perficiat, nisi in certo casu in quo sufficit quod intra residuum anni Iobelei partem, vera confessio & contritio habeantur, in quo defendi posse glos. d. Extrauag. i. verb. [confitebuntur] diximus sup. eod. notab. in glos. in verb. [Durante.] Quæ non dixerim, quo quempiam ab eius imitatione, dictorum, scriptorumque executione retraham, sed tantum, vt consoler eos, qui ea vel ignorantia, vel fragilitate, vel alia de causa honesta, non seruarunt, nec seruabunt, & ne cogitantes, eò quòd illa non præstiterunt, vel non præstabunt, desperent eam consequi vel putent se non esse consecutos, quòd non est facilè vulgo, præsertim promiscuo tam sublimia præstare.

Notab. 33. continens Extrauag. S. D. N. qua in cultum maiorem huius anni Iobelei alias indulgentias plenarias suspendit.

S V M M A R I A.

- 1 *Indulgentia sola plenaria, & solum extra Urbem hic suspenduntur. Romanae gentis in Indulgentiis querendis & deuotio, & modestia. Spiritus Sanctus varijs varia, varioque modo inspirat.*
- 2 *Facultates qua alia à plenarijs Indulgentijs cum eis suspenduntur.*
- 3 *Priuilegia omnia iusta de causa suspendi, vel reuocari posse.*
- 4 *Ciuitatis & Urbis appellatione ea sola, quæ intra muros sunt, proprie continentur.*
- 5 *Geminatio verbi auget vim legis obligatoriam.*
- 6 *Indulgentia non plenaria nec suspenditur, nec predicari vel publicari vetatur, quin & opus quo illa queritur, iuste fit, licet plenaria pro eodem esset concessa.*
- 7 *Suspensio nulla huic similis ob Iobeleum facta, unquam generaliter reuocata, neque ista sic reuocanda, ideoque opus esse confirmatione, vel huius suspensionis reuocatione.*

LITERÆ

L I T T E R A E
 S. D. N. D. G R E G O R I I P P. XIII.
 S V S P E N S I O N I S

*Omniū Indulgentiarū plenariarū ad bene-
 placitū, causa proximī
 Annī Iobelei.*



REGORIVS Episcopus feruus feruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Quoniam Sancti Iobelei celebrationem proximo anno Millesimo quingentesimo septuagesimo quinto à primis vesperis, quæ vigilia est diei festi proxime futuri Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, incipiendam, & per totum illum annum finiendam, vniuerso populo Christiano de fratrum nostrorum assensu indiximus, quemadmodum literis nostris desuper confectis plenius cōtinetur: Nos pro cōsequēda eo anno indulgētia, quæ dictis litteris expressa est, multorum Romanorū Pont. morem secuti, De Apostolicæ potestatis plenitudine suspendimus ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitū omnes & quascunque indulgentias ^a plenarias etiam ad instar Iobelei, & earum causa ^b facultates, concessiones, & indulta quæcunque à nobis, & dicta sede, eiusque auctoritate quibuscūque Ecclesiis, & Monasteriis vtriusque sexus, ac Conuentibus, Domibus, Congregationibus, Hospitalibus & piis locis, nec non Ordinibus, etiam Mendicantium, ac Militiarum, nec non Confraternitatibus, & Vniuersitatibus, earūque & aliis cuiuscunque dignitatis, gradus, & cōditionis ^c personis ecclesiasticis, & secularibus per vniuersum orbem constitutis, etiam per modum communicationis, extensionis, & alias quomocunque perpetuo, vel ad tempus quibusuis modis, & ex quibusuis causis concessas & concessa, quibuscunque illa sint concepta formulis, ac restitutionibus, reuocationibus, mentis attestationibus, aliisque clausulis & decretis communita. Decernentes interim illa, & litteras desuper confectas nulli prorsus suffragari debere; Necnon irritū & inane, quicquid secus per quoscunque contigerit attentari; Indulgen-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

tiis Basilicarum, & aliarum ecclesiarum & vrbis nihilominus in suo robore duraturis. ^e Præcipimus igitur atque interdici- mus, ne vllæ alia quam prædicti à nobis indicti Iobelei ^f indulgentiæ, siue publice, siue priuatim vbique locorum & gentium inter- im publicentur, prædicentur, vel nuncientur, aut in vsum de- mandentur, qui secus fecerint, in excommunicationis senten- tiam eo ipso incurrant, & ab Ordinariis locorum pro cuiusque arbitrio puniantur. Non obstantibus præmissis, ac constitutio- nibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum, Mo- nasteriorum, Conuentuum, Ordinum, Congregationum, Hos- pitalium, & locorum prædictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis. &c.

^a **Plenarias.** Non ergo alias non plenarias, sed neque plenarias in Basilicis vel aliis Ecclesiis vrbis quærendas; quia illas infra excipit: quod, & inspiratio quædam in gentem Romanam peculiaris, fuerunt in causa cur adeo frequens fuit & est concursus populi hoc anno Iobeleo ad stationes quadragesimæ quotidianas & continuas, & ad alias dis- continuas causa indulgentiarum quærendarum haberi solitas, ac aliis annis, cuius in hac re incredibilis est deuotio, modestia, & frequentia: Tanta enim & maiore cura eas quotidianas & frequentissimas celebrat, quanta in aliis celebrantur annuæ: tanta item modestia & patientia, vt vix toto anno in tot stationibus vna inter tot millia concurrentium rixa intercidat, cum alibi vix vna in anno sine illa celebretur. Tam verum est illud glos. cap. Nisi cum pri- dem de renunt. super illis verbis [spiritus vbi vult spirat] Tu spiras vbi vis, tua munera diuidis vt vis: Tu scis, cui des, quod, quantum vis, tempore quo vis. Cuius vniuersam immensa bonitas nobis oportuna, quo vitas sanctæ finiamus inspiret, & in finem vsque prosequi efficaciter adiuuet, Amen.

^a ^b **Facultates.** Dubitari potest, an hoc verbum solum comprehendat facultates quærendi indulgentias, An etiam alias 4. quas Sixtus III. suspenderat in sua Extrauag. Et si Dominici: quod enim solum suspendat facultatem quærendi plenariam indulgentiam, facit, quod solam illam exprimit, & à sola illa excipit Ecclesias & Basilicas vrbis, & quod alioqui videretur suspendere facultates eligendi Confessarios, edendi oua & lactinia diebus pisculentis, siue ieiuniorum celebrandi extra locum sacrum super altari portatili, audiendi diuina tempore interdicti, & id genus alia, quod videtur durum, & contra regulam, de non extendendis odiosis cap. Oda de reg. iur. lib. 6. & de non restringendis principum beneficiis l. Beneficium ff. de constit. princip. Quod autem comprehendat etiam alias, facit quod prædictus Sixtus in d. Extrauag. Et si dominici similem suspensionem faciens expressè suspendit alias 4. nempe, facultatem commutandi votum, dispensandi super eis, componendi super male ablati, & deputandi Con-
fessarios.

confessarios, cum potestate absoluendi à casibus reservatis, de quibus supra diximus notab. 28. & quod S. D. N. ait in litera: se facere hanc suspensionem suorum prædecessorum vestigia secutum, & quod verba illa [indulta quæcumque] includunt etiam alias facultates: verbum enim [indultum] præsertim adiuncto signo vniuersali quodcumque] alia vel certe multo plura significat quam verbum [indulgentia] quod secundum eundem stilum pro remissione peccatorum sumitur, quæ facile colligas ex cap. Indultum de reg. iur. lib. 6. adiuncto cap. 2. & ultim. de dilat. ab vna partes & cap. Quod autem, & cap. ex eo de poenit. & remiss. & cap. fin. eod. tit. lib. 6. & reg. Cancell. 57. cum 2. seq. ab altera: & denique quod litera habet: se suspendere Indulgentias plenarias, & facultates earum causa concessas & cap. aperte significans, suspendere aliquot alia, quæ non sunt indulgentiæ plenariæ: nam coniunctio copulatiua significat diuersitatem copulatum iuxta gloss. celeb. in Rubr. ff. de iur. & fac. ignor. & cap. querelam de Simon. Qui de re quibusdamque aliis, ne S. D. N. tot tantisque rebus occupato tedio essem, consului Reuerend. D. Dararium Mattheum Contarellum, genere, eruditione clarissimum, eundemque rei Romanæ Curie peritissimum, qui mentem S. D. N. propius aliis nouit, quippe quem mea sententia, ed in tantum munus prælegit, quod præuiderat eum suis prædictis dotibus, vna cum sua maxima vitæ integritate, & in pernegandis, quæ non debent concedi libera, & Enca fronte, ad suam Curiam in eum, quem iam nemo sperabat, statim restitui cœptum plene restituendum & stabiliendum non parum sibi commodaturum: Ilque respondit intentionis etiam S. D. N. fuisse, per prædictam clausulam suspendere solas & omnes indulgentias plenarias, & sola, & omnia earum quærendarum causa concessa, & indulta, ita quod nulla indulgentia, quæ non esset plenaria, nec vlla facultas, quæ non esset causa indulgentiæ plenariæ quærendæ concessa, censeatur suspensa: quod consequitur 4. facultates, scilicet eligendi Confessarios cum potestate absoluendi ipsos à censuris, & aliis poenis, & commutandi vota, vel in eis & super rebus male ablatis & incertis, dispensandi, eaque certo modo remittendi, quo indulgentiæ plenaria commodius quæreretur, esse suspensas: & consequenter quod per prædictam clausulam tacite videntur suspendi illa quatuor, quæ ultra plenariam indulgentiam expressè suspenduntur per prædictam Extrauag. Quemadmodum, Percunctanti autem mihi cur illa expressè non fuissent suspensa: respondit, duabus de causis id factum: Priore, quod nullæ sunt nunc eiusmodi facultates, quia sunt reuocata per alias literas: Postiore, ne cuiquam maleuolo videretur indici Sobeleum causa compositionum reducendarum ad sedem Apost. .

II. Inferitur quod facultas edendi oua, vel lactificinia in ieiuniis, celebrandi super altari portatili, dicendi hoc vel illud officium, & alia eiusmodi, quæ ad indulgentias quærendas non pertinet, non sunt suspensa, licet in eadem Bulla cum facultate Indulgentiæ plenariæ quærendæ concedantur.

III. Quod nec potestas eligendi Confessores, nec potestates faciendi prædicta 4. causa quærendi alias indulgentias, quam plenarias censentur suspensa.

V

Common. De Iobeleo & Indulgen.

III. Quod I. C. interrogatus nunc super indulgentiis & facultatibus cum eis concessis à Sed. Apostolica, multis Monasteriis, hospitalibus, Contrariis, & aliis singularibus personis, attente debet legere & perpendere literas Apostolicas, quas si viderit non continere plenarias respondebit nihil esse suspensum, si autem continent plenarias, solas illas, & 4. prædicta quæ causa earum sunt concessa, esse suspensa: si verò contineat vtrasque coniunctim, respondeat omnia esse suspensa, quia cum quod est dignius, trahat ad se minus dignum, cap. Quod in dubiis de consecr. Eccles. & principaliter minus principale leg. Et si non sint §. perueniamus ff. de aur. & arg. leg. & quod est attendendum id, quod principaliter intenditur, leg. Non omnis ff. si cert. per. & plenaria sit dignior, principalior, & magis intenta aliis, merito alia facultates videri possunt concessæ principaliter ob illas, nisi separatim, quoad vtrasque concedantur, arg. notat. in cap. A nobis, & cap. Secundo requiris de Appell.

c Personis. Nota quod hæc suspensio est maior, quam suspensio Sixti **III.** in d. Extrauag. Quemadmodum, qua parte illa solum suspendit plenarias concessas vniuersitatibus, ordinibus, & aliis, quæ non sunt personæ veræ, sed fictæ: Hæc autem etiam concessas singularibus, quæ sunt personæ veræ, vt etiam insinuauit per nouam additionem in dict. notab. 28. posteaquam variis & validis rationibus probauit illam non extendi ad facultates singularibus personis concessas. Quod consequitur nulli gentium posse quem quærere vllam Indulgentiam plenariam nec frui illa facultate suspensa hoc anno, neque sequentibus, donec suspensio hæc tollatur. Quod satis ægrè ferent Bullas Cruciatæ, & Indulta personalia, quæ confessionalia vocant, habentes, & non satis animaduertentes, quod non solum Papa, sed etiam alij Monarchæ possunt de plenitudine potestatis, qua hæc Extrauag. nititur, suspendere, imò & abrogare iusta de causa, qualis videretur ista, priuilegia præsertim gratis, vel modica impensa, præsertim subditis data, qualia sunt prædictæ Bullæ & confessionalia: iuxta latè notat. in cap. Quæ in Ecclesiis de constit. cap. Nouit. de Iudic. & cap. de probat.

d Vrbs. Hic locus fuit supra notab. præced. num. 4. citatus ad confirmandum phrasim illam [de vrbe] pro [vrbs], parum castam esse. Fecit item scrupulum nonnullis, an Indulgentiæ Ecclesiarum, Beatorum Pauli, Sebastiani, Laurentij, quæ non sunt in vrbe, nec in suburbis sitæ, fuerint suspensæ, quia secundum propriam, & strictam significationem, appellatione vrbs vel ciuitatis, non includuntur ea, quæ sunt extra muros sita, vt Ecclesiæ prædictæ, nisi quando alioquin dispositio rederetur elusoria, iuxta cap. Rodolphus de rescript. & cap. si ciuitas de sentent. excommu. lib. 6. cum eis annot. Contrarium tamen videretur dicendum: Tum quia, exceptio literæ non excipit Ecclesias in vrbe sitas, sed ecclesias vrbs, quales sunt prædictæ ecclesiæ, licet non sint in ea sitæ, sicut & alia prædia illis contigua, non sunt nec dicuntur esse in vrbe, vt pote quæ sunt extra urbem sitæ, sed sunt, & dicuntur, esse vrbs: Tum quia verba sunt intelligenda secundum vulgatum modum loquendi: qui attendendus est, c. ex literis de sponsal. l. iubeo. ff. de supel. le. & prædictæ ecclesiæ saltem secundum vulgatum modum loquendi dicuntur

dicuntur esse Urbis vel de vrbe, vt in præcedenti not. nu. 9. est dictum.

e Præcipimus. Hoc præceptum videtur obligare transgressores ad mortale: Tum quia vt dictum est supra in glo. verb. [mandamus] ex vsu Ecclesiastico iam pridem ab omnibus recepto: Hoc verbum in Ecclesiastica lege positum, non solum habet vim præcepti obligantis ad veniale, vt verbum mādamus, statuimus, ordinamus & similia, sed etiam ad mortale per Clem. Exiui. §. Cum autem de verb. signifi. & trad. per Thom. & Caiet. 2. 2. q. 86. art. 9. Tum quia adiicitur verbum interdicens, quod etiam inducit præceptum c. Interdixit 22. dist. Et tradit Fely. in c. Nam de constit. nu. 5. Tum, quia est quædam geminatio, quæ multum auget, & operatur per multa, quæ post alios tradit Fely. in c. Si quādo colum. 9. de rescript. & alij in leg. Balista ff. ad Trebell. & facit Clem. Dudum sub. fin. de sepult. & Clem. 1. §. Ideoque de reliq. & vener. sanct. & trad. Caiet. in d. art. 9. vers. In respons. ad 2. Tum, quia statuitur in transgressores pœna excommunicationis, quod est certum signum, quo nescitur legem ad mortale obligare secundum omnes, arg. cap. Nemo & cap. Nullus 11. quæst. 3. quod non fuit additum mandato publicandi Iobeleum in eius indictione, de quò supra not. præcedenti nu. 5t.

f Ne vllæ aliæ indulgentiæ. Per hæc verba vniuersalia negatiua videri posset

6 alicui suspendi omnes indulgentias etiam non plenarias: Pro qua parte supra notab. 25. super d. Extrauag. Quemadmodum, vbi est similis clausula, licet non tam strictè inhibens ac ista, multa citauimus. Quibus tamen non obstantibus conclusimus contrariam, adiicientes tamen quod per verba illius contextus teneri possit, quod licet non suspendantur, prohibetur tamen earum prædicatio & publicatio, ob rationem ibi tactam: Sed prædictus Reuerendissimus Datararius super hoc etiam à me interrogatus: respondit de S. D. N. animi sententia fuisse, non vetare vllam publicationem, nec prædicationem vllius Indulgentiæ non plenariæ, ante hunc annum Iobeleum, neque in illo, neque etiam post illum: Quare absque vllò scrupulo hoc anno & post illum, potest quis visitare loca sacra, audire conciones, & accipere benedictiones, & facere preces ad aliquot diuos vel diuas, & vti calculis precatoriis, siue Rosariis, ob quæ aliæ Indulgentiæ, quàm plenariæ, quæruntur. Quia etsi concessione vnius Papæ esset concessa Indulgentia plenaria ob aliquod opus bonum, & ob idem concessione eiusdem vel alterius, dimidia, vel alia aliquota pars eius, aliquorum dierum & annorum, iuste posset facere illud ad quærendam non plenariam, licet non ad quærendam plenariam, publicare item non plenariam, tacendo plenariam, vel eam non posse quæri monendo.

g Publicentur. An suspensio præfata duratura sit etiam post annum hunc Iobeleum disputatum est supra? sub

7 fin. notab. 28. vbi suspendimus aliqua ex parte nostram de ea re sententiam, donec plus lucis nobis ab vrbe deferretur: Nunc autem absolute eam d. cturus consului prædictum Reuerendiss. Datararium, qui respondit ex S. D. N. sententia, esse omnia, quæ in prædicto notab. pro certis conclusi: Id autem de quo dubitaueram, videlicet: An suspensio facta per Sixtum IIII. fuisset reuocata, vel modificata per lapsum anni Iobelei, vel altam dispositionem? Et consequenter,

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

id de quo nunc dubitamus, videlicet, An suspensio huius Extrauag. erit reuocata per lapsum huius anni, vel aliam dispositionem? Respondit pro certo me posse tenere, quod nullam reuocationem expressam generalem suæ suspensionis fecit prædictus Sixtus, nec vlla talis fuit per lapsum anni tacite facta, & consequenter nullam faciet expressam & generalem huius suspensionis. S. D. N. nec vlla talis tacite per lapsum huius anni fiet, quamuis credere possim aliquas particulares rogatu aliquorum fecisse Sixtum, & aliquas, quæ videbuntur expedire, facturum esse S. D. N. Quod consequitur operæpretium factoros esse eos, siue sint vniuersitates, & Collegia, siue singulares personæ, quibus sunt facultates quærendi plenam Indulgentiam, & alia eius quærendi causa factæ, si ad benignitatem S. D. N. refugientes, earum confirmationem non obstante hac suspensione sibi obtinuerint, & suis animis rectè consulturos, si nullatenus eis vrantur, nullatenusque illas prædicent, vel publicent, antè quam eiusmodi cõfirmationem, vel suspensionis reuocationem quoad illas obtinuerint.

Notab. 34. continens responsa quædam ad quæstiones nunc propositas.

S V M M A R I A.

- 1 Peccato futuro qua impunitas & indulgentia dari potest.
- 2 Pœnitentiæ sacramentum iterabile & pœnitentiæ pœnam esse.
- 3 Scandalum non datur quoties illud ab alio accipitur.
- 4 Indulgentia concessa pro peccatis includit etiam post illam commissæ. Absoluendi potestas à peccatis, censuris, votis &c. includit etiam futura.
- 5 Occasio delinquendi non omnis vetita. Scandalum quid, & quòd non omnis occasio peccandi est tale.
- 6 Peccans spe veniæ, indulgentiæ, vel alius gratiæ an possit ea frui. Immunitate & gratia gaudet etiam qui spe illius peccat.
- 7 Peccato superuenienti post visitationes perfectas quòd remedium.
- 8 Ceremonia quibus Sancta Porta anno Iobeleo aperiuntur * & clauduntur, num. 9. Portam Sanctam anno Iobeleo quis & quo ordine aperiat. num. 8. & claudat num. 9.

Factorus finem interrogor ex facto quæstiones sequentes.

Prima, An liceat vlli principi Indulgentiam & remissionem delicti futuri concedere vel promittere, Ad quam respondeo, id iusta de causa licere, hoc est posse statuere & disponere, ne qui illud aut illud fecerit, puniatur pro illo aut illo peccato etiam post illud statutum commissæ. Tum, quod Deus opti max. per varias sacræ scripturæ literas promittit veniam peccatoribus si eos verè

verè pœnituerit, præsertim per illud Ezech. 18. & 33. In quacunq̃ue hora inge-
merit peccator, iniquitatum eius amplius non recordabor, & illud Psalm. 50.
Cor contritum, & humiliatum Deus non despicias, quæ non solum includunt
eos qui ante illa elogia peccarunt, sed etiam omnes alios, qui in finem vsque
mundi peccabunt. Tum, quia Pontifex Maximus eius Vicarius 25. quoque an-
no eam non qualem qualem, sed plenissimam omnibus peccatoribus etiam
postea peccaturis promittit, & alias Indulgentias passim concedit perpetuas
& temporales, consequèdas etiam à peccaturis post eas concessas, vt per Bul-
las fabricæ Sancti Petri, Cruciatæ, & Confessionalia, & stationes Romanas,
& multa alia priuilegia: Tum, quòd Reges & alij gubernatores impunitatem
concedunt multis, qui se detulerint, vel complices reuelauerint c. Non dicatis
12. q. 1. l. Quisquis §. fin. C. ad leg. Iul. Maiest. Tum, quòd Catholica veritas ha-
bet: Sacramentum pœnitentiæ esse iterabile contra Montanum, Nouatium, &
alios hæreticos, vt tradit Thom. recept. in 4. dist. 14. & in 3. par. q. 84. art. 10. Tum
denique quòd Greg. in c. Denique 4. dist. ait: peccantes in Carnis priuio cum ve-
nia esse relinquendos.

Contra tamen hæc facit 1. Quod lege diuina vetatur, ne quis scandalum
præbeat Math. 18. c. 2. de nou. op. nunc. Et qui promittit veniã peccaturo, Scand-
alum & offendiculum cadendi videtur præstare.

Secundo. Quod rescriptum concedens veniam peccati futuri non valet, vt
ait Salic. recep. in l. Castitati C. Ad leg. Iul. de adult.

Tertio. Quod facilitas veniæ peccati etiã præteriti damnatur ab Ambrosio
in c. Est iniusta 23. q. 4. Ergo à fortiori est damnanda venia peccati futuri, Vnde
& dolus futurus non potest remitti l. Iurisgentium §. illud ff. de pact.

Quarto. Quod reg. Iur. lib. 6. sic ait: Peccati venia non datur nisi correcto,
Ergo non debet dari antequã fiat, cum nondum possit esse correctus: Et quòd
quidam celebris Author relatus à Fely. in c. fin. de Constit. ridebat monachum
desiderantem à Deo veniam peccati antequam id admitteret.

Ad horum primum respondetur, concedendo, peccare illum, qui dat scan-
dalum, sed negando dari illud ab eo, qui misericordia motus, veniam aliqua
iusta de causa promittit: Non enim is præbet scandalum, vtens præclarissima
misericordiæ virtute, sed abutens actu virtutis illius, accipit sibi scandalum, &
Math. 18. Vetatur quidem scandalum dari, sed non fieri aliquid benè, ex quo a-
lius malè accipit illud, vt colligitur ex Thom. recep. 2. 2. q. 43. art. 2.

Ad secundum, Quod dictum Salic. intelligendum est de Rescripto sine iu-
sta causa concedente veniam futuri delicti, qualis fuit concessio cuiusdam Iu-
dicis Salmaticensis Academiæ, qui fecit facultatem scholastico feriendi alapa
quendam plebeium, qui inhonorans ipsum petebat, vt percuteret eum alapa,
quam ei minabatur, causa lucri faciendæ pœnæ pro alapa impositæ: Non au-
tem de Rescripto, quo iusta de causa id fieret, qualia sunt multa edicta, quibus
ad exemplum prædictæ l. Quisquis passim in Vrbe proponuntur promitten-
tia impunitatem iis, qui deliquerint, si complices suos denunciauerint, quòd
& nouissimè S. D. N. Greg. XII l. fecit in sua Extrauag. Ab ipso, qua innouauit
Extrauag. 1. de sent. excom.

Ad tertium respondetur, illud Ambrosij intelligendum de facilitate veniæ

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

indiscreta & inordinata, non autem de facilitate veniæ iusta & discreta.

Ad quartum respondeo, concedendo illam regulam, Peccati veniæ non datur nisi correcto, procedere infallibiter, quoad forum Dei, & pœnam alterius seculi, vt habet c. legatur 24. q. 2. fallere tamen quoad forum humanum, & pœnam huius seculi, primum, quoad veniam non veram sed permissiuam, iuxta prædictum c. Denique. 4. distin. Secundo, quoad veniam veram pœnæ temporalis iusta de causa concessam, vt annotauit glos. prædictæ regulæ, & probant præcitata.

Nec obstat quod Indulgentiæ, de quibus agimus, contingant forum Dei, & pœnam alterius seculi, quia concessio illo, negamus eam dari non correcto, quia solum datur pœnitentibus & confessis, aut saltem verè pœnitentibus, qui non sunt vtunque correcti, sed correctissimi, & in gratiam Dei restituti.

Ex quibus infertur vera ratio, qua sanctè S. D. N. potuit concedere hanc Indulgentiam Iobeleam, pro peccatis etiam post suam concessionem futuris: Est enim quod non concedit eas incorrectis, sed correctis, & quod etiam non indulget impunè, sed imposita eis pœna pœnitentiæ, quæ est magna, iuxta illud August. in c. Pœnitentia de pœnit. dist. 3. (Pœnitere est pœnam tenere, vt semper puniat in se vlciscendo, quod commisit peccando, pœna enim propriè dicitur læsio quæ punit, vindicans, quod quisque commisit: Ille pœnam tenet, qui semper vindicat, quod commississe dolet.) hæc ille, & quod, vt ait Thom. recept. in 4. dist. 20. qu. 3. art. 1. vltra pœnam, quam ipse peccans luit, additur pœna, quam ipsemet Christus, & sancti pro illo dederunt, qua fit iustitiæ fatis.

4 Quæstio secunda. An præsupposito quod Papa possit indulgentias peccatoris, & pro peccatis futuris dare, cum dat eas generaliter censeatur dare pro præteritis tantum, An etiam pro futuris: Quæ profectò quæstio grauis & quotidiana est, quia non solum pertinet ad hanc indulgentiam Iobeleam, sed etiã ad quamlibet aliam plenam & non plenam, & quamcunque facultatem absoluedi, commutandi, dispensandi, & componendi de incertis male quæsitis, de quibus id ipsum, quod de hac, quæri potest: An extendatur ad peccata commissa post illarum concessionem? Cuius resolutio negatiua colligitur ex glos. Ioh. Mon. à paucis notata in d. Extrauag. 1. de pœnit. verb. [confitebuntur] col. 4. Ait enim, per hanc indulgentiam non remitti peccata commissa post visitationes cæptas, imò nec post itineris arreptionem ad eas faciendas. Pro qua facit primo. Quod omnis dispositio materiam delinquendi tribuens, est nulla, vel certè ita restringenda, ne illam præbeat l. Conuenire. ff. de pact. dot. c. ex parte de consue. Secundo, quod lex, quæ suapte natura futura respicit, cap. 2. & fin. de const. qua parte veniam tribuit, vel condonat delictum, restringitur ad præterita, etiam si verbis futuro tempore aptis vtatur, ne materiam delinquendi præbeat l. Cum lex. ff. de leg. per quam Bart. recept. ab aliis ait, statutum, vt banniti certo precio à banno extrahantur, intelligendum de bannitis ante illud, & non de bannendis postea, quod multis confirmat Felyn. in d. c. fin. col. 14. de constitut. Sed contra facit: Primum quidem, quod concessio hæc est generalis, & eius verba includunt peccantes post eam, & peccantes antea, & dispositio vel lex generalis includit omnes species, etiam si aliqua maior ratio inclu

includendi inueniatur in vna quam in alias l. 1. §. Quod autem. ff. de al. luf. & c. Si Romanorū 19. dist. præfertim, si loquatur vniuersaliter per verbum [omnes] vel [omnium] sicut hæc: cap. Solitæ. §. fin. de maior. & diximus nuper in Extrauag. Ab ipso nu. 9. Tum quia est beneficium Principis cum magno gaudio ad magnam lætitiæ concessum, vt tenor indictionis habet, & ita late & alacriter interpretandum l. Beneficium. ff. de constit. Princ. cum non sit ambitiosum, de quo in c. Quamuis de præb. lib. 6. nec tertio damnosum, de quo in cap. super eo de offic. deleg. Nec obstat, quod concessio indulgentiæ particularis sit strictè interpretanda ob aliquos respectus particulares, vt dictum est supra not. 2. num. 4. Tum, quia hæc est generalis, proprio motu, & de plenitudine potestatis, magnoque cū gaudio concessa: Tum, quia strictio illa intelligitur quoad quantitatem, & durationem eius, non autem quoad personas, & peccata, quibus, & quo ad quæ conceditur: Tum, quia dispositio etiam restringenda & odiosa, extenditur, quatenus verba eius secundum suam propriam significationem se extēdunt, l. Cum lege iunct. gl. vbi hoc notat Aret. ff. de testam. & Cald. conf. 1. de confang. & affin. quos Decius sequitur in c. Cum ordinem de referri. num. 8. & in l. factum §. In pœnalibus. ff. de reg. iur. & alibi sæpè, & eruditiss. Alciat. in princ. Rubr. de verb. signifi. II. Quod prædicta glos. prædictæ Extrauag. 1. significat eam extendi ad peccata commissa post indictionem Iobei, (quæ quoad hunc annum facta fuit mense Maio anni proximè lapsi) ante itineris arreptionem, Et nulla ratio iusta reddi potest, Quare illa comprehendantur, & non admissa post illam ante visitationem: Quia vtraque sunt admissa post Indictionem Iobei, & notitiam indictionis, & veniæ de proximo condonandæ. III. Quod nil iuuat dicere, quòd in hiis magis præsumitur peccatum ob spem veniæ factū, quam in illis. Tum, quia præsumptio, nil operatur quoad forum conscientiæ, de quo hic agitur, stante contraria veritate, c. Tua & c. Is qui de sponfal. Et veritas habere potest, vt illa committantur spe veniæ, Et non hæc, vel è contrario, vel vtraque illa spe, vel neutra: Tum, quia mox dicemus includi etiã ea, quæ spe Indulgentiæ fuerint admissa. IIII. Quod alioqui nec ista, nec alia Indulgentia potest quæri bis vel pluries eodem die, mense, vel anno, cuius contrarium probauimus supra not. 32. nu. 52. V. Quod glos. magna recep. in d. cap. fin. de immun. Eccles. tener quòd delinquens extra vel prope Ecclesiam, gaudet immunitate eius vt probatur in d. c. fin. per locum ab speciali, Speciale enim inducit in delinquente intra Ecclesiam. VI. Quod non omnis occasionis & materiæ delinquendi præstatio, sufficit vt dispositio illam præstans non valeat, aut vt ita restringatur, ne includat ea, quæ eius verba includunt: Tum, quòd eam etiam dare videntur omnes leges, & dispositiones, quibus datur spes futuri successiois, siue ex Testamento, siue ab Intestato, quoniam dant aliquam occasionem captandæ mortis alienæ, vt satis probant l. fin. C. de pact. & c. 2. de cõcess. præb. tam in antiq. quam in 6. Tum, quòd leges statuentes, vt filij naturales Illegitimi succedant parentibus, licet præstent multis occasionem fornicandi & habendi filios ex illicito coitu, valent, Auth. Licet, & vnde illa sumitur. C. de natur. lib. Tum, quòd etiam primogenia & maioratus continentes, authoritate Regia, clausulam, & deficientibus legitimis succedat illegitimus & spurcius, valent, vt pulchrè probat Philippus De-

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

cius in consil. 271. & quotidie praxis Hispaniæ seruat: Tum quòd duo illa consilia Frederici 275. & 277. quorum alterum vitiose citatum commendat Felyn. vbi supra, in quibus tenet, quòd nullo statuto valido disponi possit, vt succedat Spurius, licet communiter approbentur, exploduntur tamen in regnis (quorum de numero est Nauarra) quæ iam inde ab initio eorum habent leges contrarias, & eis sunt anteponenda consil. Cald. 4. de Constit. & alia citata per Decium vbi supra: Tum, quòd etiam ex illa sententia benignitate plenissima Ezech. cap. 18. & 33. rela. in cap. Ponderet 50. dist. [In quacunque hora ingemuerit peccator, peccatorum eius amplius non recordabor,] tam magnam aliqui in iteriam delinquendi accipiunt, vt Nouatus heresiarcha dixerit pœnitentiam non posse iterari, quæ tamen est impiissima hæresis, cap. fin. 24. q. 3. & latè declarat Castren. contra hæreses verb. pœnitentia, hæresi 3. Per quæ posteriora fundamenta tenenda est hæc pars.

Ad primum oppositorum respondet quintum argumentum, quo probatur non omnes dispositiones aliquam materiam delinquendi, præbentes esse iniustas, nec ad tollendam vel restringendam legem, sufficere præstationem qualiscunque materiæ delinquendi quamuis multa iustè statuuntur, vt talis materia tollatur: Sed longè aliud est rationem aliquam sufficere ad constituendam legem, & aliud, non posse constitui contrarium eius ob illam rationem, vt latius declaro in repet. cap. Ad hæc de præb. Et potest proponi exemplum ex prædictis Freder. Cald. & aliorum consiliis, Iustè enim statutum est à Canonica & ciuili lege, ne Spuriij succedant, ad euitandam materiam peccandi, Et nihilominus iustè potest Monarcha concedere priuilegium ob aliquem iustum respectum, vt in primogenio, vel maioratu alicuius in defectum legitimorum succedat Spurius, Et etiam facere legem aliquo iusto respectu, vt in suis regnis succedant Spuriij, Iustè item statutum est, ne beneficium viuentis promittatur alteri post mortem eius, per iura prædicta: At tamen iustè confertur alicui Canonicatus, ratione cuius debeatur ei præbenda primo vacatura, cap. Cum super de concessio. præben. & cap. Eum cui, & aliis multis de præb. lib. 6.

Ad secundum etiam respondeo, quod lex illa Cum lex. ff. de leg. non probat id, ad quod assumitur: Solum enim habet illa verba: [Cum lex præteritum indulget futurum verat,] quæ non sonant legem condonantem aliqua, non comprehendere futura, sed potius id, quòd sentit glos. ipsius, scilicet: Quod Imperator vel lex indulgens, vel condonans præterita, videtur declarare illa esse mala, & consequenter postea non facienda, quòd verum est; quia bona opera non indigent venia, cum non mereantur pœnam, iuxta illud Iohan. 10. De bono opere non te lapidamus &c. Et mala non sunt facienda etiam propter bonum finem. c. fortè. & c. Denique 14. q. 5.

Secundo. Quod decisio, ad quam Bart. illam inducit, procedit in lege, per quam tota pœna remittitur, non autem quando pars pœnæ tantum, vt tradit Nellus in tract. Bannit. 3. par. 2. temporis q. 10. Quia tamen eum efficaciter confutat Dec. in c. 2. de constit. nu. 2. Respondeo nouissimè.

Tertio. Quod Papa concedendo Indulgentiam, non condonat simpliciter to

ter totam pœnam peccato debitam, nec partem eius, imò soluit illam totam, partim de bonis peccantis, scilicet contritione, confessione, & operis iniuncti exhibitione, & partim de bonis amicorum eius in ecclesiæ thesauro repositis, Et replicanti quòd per hoc aliqua occasio peccandi datur: respondeo negando quòd datur occasio licet accipiatur, quia non datur directè: contra quòd tamen facit, quòd iura vetantia dare materiam & occasionem delinquendi, non solum vetant dationem directam, sed etiam indirectam, vt patet per omnia iura præcitata: & quòd non solum qui directè dat materiam vel occasionem delinquendi, dicitur dare illam: sed etiam qui indirectè dat eam, nam qui facit publice id quòd est peccatum, vel habet speciem eius, etsi minime velit inducere quem ad peccandum, dicitur dare materiam & occasionem peccandi, & scandalum: Et quòd materiam vel occasionem peccandi dare, est genus ad dare occasionem directè, & dare indirectè, & ad dare occasionem per se, & ad dare per accidens, & ad dare sine peccato dantis, & ad dare cum peccato dantis, & ad dare cum scandalo accepto tantum, & ad dare cum scandalo actiuo tantum, & ad dare cum vtroque simul, vt irrefragabiliter colligitur ex Thoma. 2. 2. quæst. 43. artic. 1. & ex cap. De occidendis 23. quæst. 5. & cap. Nihil cum scandalo de præscript. & cap. 2. de nou. oper. nunc. cum annotat. ibi & ex aliis multis locis: Et quòd cum species omnis proprie contineatur sub genere, iuxta dictum Bald. ab omnibus receptum in l. 2. C. de Iur. iur. ann. consequitur dici quem proprie dare aliquam materiam & occasionem delinquendi qui facit vel dicit aliquid ex quo alius accipit ansam delinquendi, quamuis eam male accipiat, licet eam dans non peccet, ne dicatur dare scandalum, imò bene mereatur, facit etiam quòd Thom. vbi supra ad defendendam definitionem scandali à Hieronymo datam super cap. 15. Matth. videlicet: Quòd est dictum vel factum præbens occasionem ruinæ, addidit minus rectum, sentiens quòd alioqui definitio conueniret aliis à definito, & quòd sunt aliqua dicta & facta recta, quæ præbent occasionem ruinæ.

Quæ tamen omnia dilui possunt dicendo, quòd in solutione verbum [directè] accipiatur pro inordinate seu minus rectè, vt dicit Thomas, quamuis directius solueret replicationem prædictam qui responderet, concedendo quidem quòd datur aliqua occasio in genere, sed negando quòd detur inordinate vel minus rectè, licet male accipiatur. Negando item quòd detur tanta, quanta sufficeret ad tollendam iustitiam legis, vel concessionis, vel ad restringendam eam ne ad id extendatur, sicut nec occasio peccandi ex lege diuina de condonando peccato pœnitenti à plurimis desumpta, tollit illius bonitatem, vt prædictum est. Ex quibus sequitur decisio affirmatiua dubiorum sæpe propositorum. An facultates concessæ hoc anno generaliter & alias particulariter eligendi Confessores qui absoluant habentes illas à peccatis & censuris, vel comutent eorum vota, vel dispensent super eis, vel componant super male ablatis incertis vel faciant aliqua similia, quæ nonnullam delinquendi occasionem indirectè sed non inordinate vel minus rectè præbent, includant peccata, censuras, vota, & male parta post illas obtentas? Quæ decisio memoranda est pro habentibus bullas Cruciatæ Fabricæ Sancti Petri, confessionalia & alia eiusmodi.

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

Tertia quæstio. An peccans (spe Indulgentiæ consequendæ, possit eam consequi? Et pro parte quidem negante facit i. c. Sanè de pœnit. dist. 3. ibi: [Nemini dedit Deus laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat iam facta peccata.]

Secunda. Quod delinquens intra Ecclesiam, non debet gaudere immunitate illius, c. fin. de immun. eccles. & non alia ratione, quam quia spe veniæ delinquit. Et glos. eius in verb. [Sperantes] sic habet: [Nemo debet spe veniæ peccare infra de cler. excom. minist. c. Illud, & de consecr. dist. 4. ca. Quando quis, Quia facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquendi 23. q. 4. c. est iniusta, & supra de vit. & honest. cler. c. Ut clericorum.]

Sed contra videtur tenendum: Primum quidem, quod, vt prædictum est, peccans non concepta spe consequendæ Indulgentiæ, potest illam consequi. Et qui peccat tali spe, non peccat plus, quam qui sine illa peccat, imò minus. Tum, quod peccans desperando de misericordia Dei multo magis peccat, vt Cain Genes. cap. 4. quam qui sine tali desperatione peccat: Et qui peccat nulla spe veniæ concepta, propinquior est peccanti desperatione, quam peccans spe veniæ cõcepta, & cõsequenter propinquior est maiori malitiæ, & ita peior est eo, qui est remotior ab illa, & propinquior igni calidior est remotiori.

Secundo, quod circumstantia illa spei promerendi veniam, videtur aliqua ex parte temperare malitiam peccantis, Tum, quia circumstantia finis boni licet non excuset peccantem à toto, excusat tamen à tanto argum. cap. Non est putanda i. quæst. 1. & prædictorum c. fortè, & Denique: Tum, quod licet allegata per prædictam glos. dicti cap. fin. verb. [Sperantes] præbent non esse peccandum spe veniæ, non tamen probant magis peccare, qui peccat illa spe quã absque illa modo vterque sciat se peccare: Tum, quod cap. si verè de sent. excom. significat id, quod dicimus.

Tertio, quia circumstantia spei impunitatis integræ, vel partialis, non excludit delinquentem à participatione legis, vel dispositionis eam concedentis: Tum, quia clerici & alij exempti à Iurisdictione laica, committentes grandia crimina fiducia & spe certa impunitatis integræ, vel partialis, concessæ illis per cap. Si quis suadente 17. q. 4. ca. 2. & cap. Si diligenti de for. compet. possunt vti & quotidie vtuntur suis exemptionibus, & priuilegiis suis ordinibus vel sibi concessis, quo ad peccata post eorum concessionem, nulla distinctione facta inter admissa illa spe & admissa sine illa. Tum quod etiam religiosi, si quando incidunt in aliquot censuras, & irregularitates, spe habendi absolutionem, & dispensationem à suis Prælati virtute priuilegiorum suorum, passim absoluiuntur ab eis: Tum, quod omnes ferè Christiani Catholici admittimus multa peccata spe veniæ habendæ per pœnitentiam, quæ non admitteremus, si crederemus nullum esse pœnitentiæ remedium, vt palam est, & tamen adeo non excludimur à beneficio pœnitentiæ, secundum omnes, quod contrarium dicere est hæreticum, vt prædictum est: Tum, quod glos. magna recep. in d. cap. fin. de Immunit. eccles. tenet, quod etiam delinquens extra & prope ecclesiam, etiam spe gaudendi eius immunitate, gaudet illa: Quæ tamen limitanda sunt non procedere, cum in facultatibus exprimitur, ne spe illarum peccantes eis ad huiusmodi peccata vti possint, quod etiam annotauit eruditissi-

mus F. Martinus Ledesmius in 2. 4. quæst. 29. art. 1.

Ad primum oppositorum respondeo, concedendo non esse quidem peccandum fiducia Eleemosynarum, neque misericordix Dei, sed negando ex eo consequi, peccantem eiusmodi fiducia excludi, à lege diuina & humana concedente veniam peccati, alioqui nemo, qui peccaret spe venix consequenda à Deo, posset eam consequi, quod est hæreticum.

Ad secundum negando, Quod ea sola ratione delinquens intra ecclesiam, non gaudet immunitate, quia spe illius delinquit: Nam Pan. ibi efficaciter probat, quod illa ratio potius est impulsiva quam finalis, Et quod nec delinquens intra eam per improuisam rixam, sine vlla memoria, & spe immunitatis, debet gaudere illa.

Quarta quæstio. Quid sit respondendum lapsò in mortale post visitationes, & interroganti quid faceret vt possit redire ad patriam plenissimè absolutus? Cui respondi sequentia.

7 Primum, quod remissionem peccatorum anteriorum iam quæsitam per hanc indulgentiam Iobeleam, non amisit ob mortale post visitationes iam perfectas subsequutum, secundum mentem omnium. Quia pœna illorum per eam semel sublata & extincta, non potest reuiuere. Quod enim semel extinctum est, amplius reuiuiscere non potest cap. fin. de pœnit. dist. 4. & argu. legis. Qui res §. Arcam ff. de solutionibus.

II. Nullum esse ipsi ad id remedium secundum glos. prædictæ extrauag. 1. de pœnit. verb. [confitebuntur.] Quia secundum eam, hæc indulgentia non extenditur ad peccata facta post arreptionem itineris, contra quam tamen gl. tenuimus supra eod. notab. quæst. 2.

III. Esse tamen illi remedium secundum eam quam sequimur sententiã, faciendo visitationes necessarias ex integro, ad quærendum iterum hanc Iobeleam indulgentiam, quia secundum illam defensam supra notab. 32. nu. 47. potest quis bis ter & pluries quærere illam intra annum, repetendo illas, Et ita. Consului ipsi, vt erat consulendum, vt repeteret contritionem, confessionem & visitationes necessarias, quæ hac de causa facilè diminuirerentur ei, vt plurimis fuerunt diminutæ, & quotidie diminuuntur multis, causa ægritudinis, debilitatis, paupertatis, occupationis, & id genus aliorum impedimento- rum, quanquam ipse nolui vlla diminutione vti, quippe qui contentissimus essem: vt expletis omnibus eis in eum statum, quem tanta indulgentia promittit, euaderem.

Quoniam autem varias ceremonias variasque preces à variis Pontif. in variis annis Iobeleis in apertione Sanctæ Portæ seruatas legimus, expedire visum est, subiicere hic vltimas, easdemque aptissimas, quibus S. D. N. hoc anno vsus est, quæque typis excussæ post Portæ Sanctæ huius anni apertionem, prodierunt sub hoc tenore, veritatem quidem continente, sed parum eleganti, imò nec omnino sacro sermone contexto.

P R E C E S D E C A N T A T A E,
 ET CEREMONIÆ OBSERVATÆ
 aperiendo portas sanctas quatuor ecclesia-
 rum vr̄bis Romæ pro anno Iobelei
 M. D. LXXV.

*Et primo, ecclesia sancti Petri in Vaticano per S. D. N. D. Gregorium,
 diuina prouidentia Papam XIII. Opt. Max.
 obseruatas.*



DIE vigesimaquarta Decembris qua celebratur vigilia Natiuitatis domini nostri Iesu Christi, post meridiem hora vesperorum S. D. N. Papa indutus cum suo pluiali & Cardinalibus iuxta suum gradum cum prælatis paratis, & aliis officialibus ornatis in locis solitis existentibus processionaliter incedendo, cruce in suo loco præcedente vadunt ad capellam palacij Apostolici, in qua ingressi Papa genu flexo ante Sacramentum & reliqui omnes orant, & interim accenduntur facultæ tradendæ Cardinalibus, & alijs præmissis. Cardinalibus vero albæ trium librarũ, prælatis & alijs communi cera sex onciarũ, genu flexis. Papa etiam adhuc genuflexo imponit incensum in thuribulo & incensat sacramentum. quo factõ intonat hymnum, Veni creator spiritus, & deinde continuant cantores recedendo ab ipsa capella, & vadunt ad ecclesiam sancti Petri, Papa in sua cathedra portato vsque ad portam sanctam quæ adhuc est murata & omnes aliæ portæ ecclesiæ sunt clausæ, ibique omnes vtræferitur deuenti Papa descendit ab ipsa cathedra accipiendo candelam suam accensam, ascendit ad aliam cathedram ibi paratam iuxta portam sanctam altius, cum tribus gradibus sedet in ea aliquantulum, & deinde descendit ab ea, & ante portam sanctam tenens in manibus vnum malleum cum quo ter percutit murum portæ aperiendæ, dicendo ter versus sequentes, cantores in singulis respondendo, videlicet.

Vers. Aperite michi portas iustitiæ.

Resp. Ingressus in eas confitebor Domino.

Vers. Introibo in domum tuam Domine.

Resp. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Vers. Aperite portas, quoniam nobiscum Deus.

Resp. Quia fecit virtutem in Israel.

Hic Papa ad sedem redeundo dicit:

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat. Et statim reuersus de porta ad sedem architectores & ministri cum suis artificijs in ic̄tu oculi diruunt murum portæ sanctæ auferendo lapides ac ruinas. Et Papa procedit per suas præces, dicendo successiue post præmissa.

Vers. Dominus vobiscum.

Resp.

Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat & per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Qua finita cantores cantant Psalmum, Iubilare Deo omnis terra, & alia mota Iubilationis, & laudis: interim aufertis lapidibus & ruinis è porta sancta abstractis, qui omnes à populo cum maxima auiditate auferuntur, quantumuis minima seu maxima sint deuotionis causa, pœnitentiarij induti presbyteralibus vestimentis cum aqua benedicta lauantes postes portæ sanctæ.

Aperta porta sancta & lota vt præfertur antequam Papa ingrediatur, dicit versus sequentes, cantores respondendo.

Vers. Hæc dies quam fecit dominus.

Resp. Exultemus & lætemur in ea.

Vers. Beatus populus tuus Domine.

Resp. Qui scit iubilationem.

Vers. Hæc est porta Domini.

Resp. Iusti intrabunt in eam.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

Deus qui per Moysen famulum tuum populo Israelitico annum Iobelei & remissionis instituisti, concede propitius nobis famulis tuis Iobelei annum hunc tua autoritate institutum quo portam hanc populo tuo ad preces tuæ maiestati porrigendas ingrediente solemniter aperiri voluisti, feliciter inchoare, vt in eo venia atque indulgentia plenæ remissionis omnium delictorum obtæra, cum dies nostræ aduocationis aduenerit, ad celestem gloriam perfruendam tuæ misericordiæ munere perducamur. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Deinde datur crux in manu pôtificis qui genu flexo, ante portam sanctam intonat Te Deum laudamus, & intrat portam sanctam prosequendo cantores, Te dominum confitemur. quo ingresso ponitur in sua sede in qua deferitur per suos parasfrenarios vestibus rubeis indutos, vsq; ad altare maius ipsius ecclesiæ sancti Petri, & ibi ex sede descendens orat ante altare. quo facto ad aliam sedem ibi paratam ascendit eminentioris loci, inibique stando incipiuntur per eum vesperæ consuetæ Natiuitatis.

Eadē die & hora accesserunt ad reliquas tres portas sanctas præmissas aliarum ecclesiarum, tres illustrissimi Cardinales, videlicet, ad ecclesiā sancti Pauli, illustrissimus & reuerendissimus Cardinalis Morronus Decanus Collegij.

Ad ecclesiā sancti Ioannis Lateranensis, illustrissimus & reuerendissimus Cardinalis Columna.

Ad ecclesiā sanctæ Mariæ maioris, illustrissimus & reuerendissimus Cardinalis Sforza, archipresbyter ecclesiæ.

Qui Cardinales præfati singulariter, singulas ceremonias, & preces decantando vt præmittitur singulas portas sanctas ipsarū ecclesiarū aperuerūt. sicq;

Commen. De Iobeleo & Indulgen.

omnes per totum præsentem annum, apertæ & patefactæ reperientur, vt omnes Christi fideles possint continue consequi veniam & indulgentiam ac plenariam suorum delictorum remissionem, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei totiusque ecclesiæ suæ sanctæ. Amen.

Quæ autem futura sit eiusdem Portæ claudendæ ceremonia, nondum est notum, qua autem clausa fuit anno 1525. à Clem. VII. est hæc.

De Dominico XXIIII. Decemb. 1525. finitis vesperis vigiliæ Natiuitatis Domini omnes Prælati parati cum Candelis accensis processionaliter venerunt ad vultum sanctum, quo ostenso simul cum ferro lanceæ, Papa intro nauit, Cum iocunditate exhibitis, & Cantores prosequuti sunt Antiphonam consequentem, vt in Pontificali. Interim exiuerunt omnes Portam Sanctam, & Papa post omnes, qui conuersus ad Portam incipit versiculos subsequentes, & orationem.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cælum & terram.

V. Sit nomen Domini benedictum. Resp. Ex hoc nunc & vsque in sæculû.

V. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. Resp. Hic factus est in caput Anguli.

V. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Summe Deus, qui summa, media, imaque custodis, qui omnem Creaturam intrinsecus ambiendo concludis, sanctifica ✠ & benedic ✠ has Creaturas lapidis, calcis, & sabuli per Christum Dominum nostrum. Deinde aspergitur aqua, & adoletur incenso, postea ponendo primû lapidem, dicit submissa voce.

In fide & virtute Iesu Christi filij tui viui, qui Apосто. Principi dixit: Tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo Ecclesiã meam, Collocamus lapidem istum primarium ad claudendam hanc portam Sanctam singulo Iobelei anno referendam: In nomine patris, & filij ✠ & spiritus sancti: Amen.

Interim Cantores cantent Hymnum Vrbs beata Hierusalem; quo finito Pontifex lotis manibus cantet versus sequentes.

V. Saluum fac populum tuum Domine.

Resp. Et benedic hæreditati tuæ.

V. Fiat misericordia tua Domine super nos.

Resp. Quemadmodum sperauimus in te.

V. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.

Resp. Et de Sion tuere nos.

V. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus qui in omni loco dominationis tuæ clemens, & benignus exauditor existis, exaudi nos quæsumus, & præsta vt inuiolabilis permaneat huius loci sanctificatio, & beneficia tui muneris in hoc Iobelei anno vniuersitas fidelium impetrasse lætetur, per Christum Dominum nostrum, &c.

INDEX LOCUPLES

YBI NOT. NOTABILE,
n. numerum designat.



Præpositio excludit.
Not. 24. n. 3. sed non
hic, *ibid.* n. 4. & Not.
32. n. 36.

Absoluendi à referua-
tis episcopo facultas non suspen-
ditur hic, not. 28. n. 16. etiam à Pa-
pa facta *ibid.* n. 17. nec absoluendi
à referuatīs Papæ nuntio, prout
est talis facta, *ibid.* n. 18.

Absoluendi potestas à peccatis, cen-
suris, votis &c. includit etiam futu-
ra. not. 34. n. 4.

Absoluit se nemo. not. 20. n. 9. & abso-
lutio non est genus ad indulgen-
tiam. *ibid.* n. 11.

Absolutioni plenariæ, quæ verba ne-
cessaria. not. 30. n. 8. & quando eam
laicus faciat, *ibid.* n. 9. & includit
oblita, *ibid.* n. 11. & cui amenti fieri
potest. *ibid.* n. 12.

Accessum, & regressum à mandato
de non prouidendo differre. not.
30. n. 15.

Actus de se bonus. qui fit malus, eo
quod ab agente peccante fiat. not.
32. n. 45.

Actus meritorius meretur. not. 13. n. 3.
& satisfacit pro agente, vel alio
diuersa ratione, *ibid.* n. 4.

Aliena ope indignus, qui sibi non opi-
tatur. not. 21. n. 4.

Amicitia Dei duplex. not. 23. n. 5.

Animæ purgatorij in quo cum beatis,

& in quo nobiscum comunicat.
not. 22. n. 11.

Antonini quædam dicta, vt tempe-
randa. not. 9. n. 9.

Annus Iobeleus à quo tempore inci-
pitur. not. 32. n. 36.

Annus pœnitentiæ continuus dies, v-
tilis, vt intelligantur. not. 31. nu. 39.

& quando indulgentia. 40. dierum
æqua indulgentiæ anni, *ibid.* n. 40.
& quot dierum is annus, *ibid.* n. 41.
quâto maior annus simplex quam
iniunctæ pœnitentiæ, *ibid.* n. 42.

Arbitrio solo caditur: sed non resur-
gitur. not. 17. n. 6.

Argumentum à maiori negato ad mi-
nus negatum: & ab æquiparatis
quando valet. not. 27. n. 6.

Argumentum à remoto genere ad spe-
ciem validum. not. 28. n. 12.

Articulus mortis præsumptus non ve-
rus hic dicitur. not. 30. n. 3. nisi aliud
exprimatur, *ibid.* n. 5.

Articulus mortis ab alio tempore dif-
fert. not. 28. n. 6.

B

Basilica quid proprie, & vnde di-
cta. not. 32. n. 2.

Beatitudinis & miseriæ memoria ho-
mini præsertim Christiano vtilis-
sima. not. 32. n. 50.

Beneplicium Papæ, vel iudicis, vt du-
rat. not. 28. n. 28.

Bulla in malo statu quoad quæ pro-
dest. not. 19. nu. 9. quam accepturi,

I N D E X.

- quid præmonendi, *ibid.* n. 10.
- Bullam acceptururaro pœnitet. not. 19. n. 14. rari etiam peregrini, vt debent, *ibid.* n. 15.
- Bullis cum multis, sine vlllo fructu decedunt. not. 30. nu. 16. qui verò cum magno, *ibid.* n. 18.
- C
- C**antum in eadē dictione cur moratur ecclesia. not. 1. n. 8.
- Cardinales, & pœnitentiarius, vt dēt centum dies. not. 31. n. 17.
- Carnis vitio diu deditos difficile resurgere. not. 17. nu. 13. & gloripetas quosdam, *ibid.* nu. 14. & aliena tēnentes, *ibid.* n. 15. & nobiles quosdam, *ibid.* n. 16.
- Carolus Borromeus Cardinalis & Parmensis absentes quæ docuerūt & præstiterunt. not. 32. n. 52.
- Catechumenus etiam ante baptismū subest quoad aliqua, Papæ. not. 32. num. 10.
- Causa finali cessante, lex cessat. nota. 25. n. 3.
- Causa indulgentiæ sic impleta maior: sic impleta minor. not. 15. n. 15.
- Causa impulsiva cessante non cessat dispositio. not. 32. n. 34.
- Ciuitatis & vrbis appellatione ea sola quæ intra muros sunt proprie continentur. not. 33. n. 4.
- Christi sanguinis gutta vna suffecit toti mundo redimēdo, not. 12. n. 2. Imò & minima passionū eius, *ibid.* n. 3. quod cur verisandū mente, *ibid.* n. 4. quæ ratio tanti pretij, *ibid.* n. 5.
- Christi passio omniū huius seculi acerbissima fuisse probatur. no. 32. n. 8.
- Christi merita infinita, *ibid.* n. 7. etiam secundum intentionem, *ibid.* n. 8.
- Christi descensu ad inferos, qui à purgatorio liberati. not. 32. & *ibid.* n. 48.
- Christo, & sanctis fuisse mentem satisfaciendi pro aliis. not. 13. n. 14.
- Christus nō est passus pro quibus nō erat patiendū. not. 21. n. 6.
- Christus gloriam sui corporis, nō autem animæ sibi meruit, quam tamen infinitis aliis meruit, quoad sufficiētiam. not. 13. n. 10. & ita nunquam condigne remunerabitur, neque ob id iniuriam patitur, *ibid.* num. 11.
- Concilium concedit indulgentiam, etiam plenam, not. 31. n. 2.
- Conditionis impletæ temporis capacitas sufficit ad hoc, not. 32. n. 37.
- Confessarius antequam pœnitētiam iniungat, dicat hæc, & quæta esset iniungenda. not. 32. n. 24.
- Confessorum munus quid in tali casu, not. 30. n. 17.
- Confessarium deputadi potestas sine facultate absoluendi à reseruaris Papæ hic non suspēsa, not. 28. n. 9.
- Confessarius idoneus, an quandoque laicus, not. 30. n. 10.
- Confessio non confessorum sufficit, *ibid.* not. 18. n. 17. idem *ibid.* n. 18.
- Confessio peccatorum an necessaria indulgentiæ late, not. 18. n. 1. pro affirmatiua, *ibid.* nu. 2. & potest esse pars causæ, *ibid.* n. 8. & sine illa cōcedi, *ibid.* n. 9. vt in dubio præsumitur, *ibid.* n. 10. quia id iure humano requiritur: licet contritio diuino. *ibid.* nu. 11. quæ etiam aliter differunt, *ibid.* n. 19.
- Confessio quādo requiritur noua ratione, not. 31. n. 30.
- Confiteri non tenetur cōfessa ob indulgentiam, not. 30. n. 6.
- Confratria à phratria Græco, non à fraternitate, not. 28. n. 5.
- Copulatiuæ, proprietatis, forma seruanda. not. 18. n. 3. & 6.
- Consuetudo dat facultatem indulgendi, not. 31. n. 7.
- Cōtritio quādo necessaria. not. 18. n. 7.

I N D E X.

Contritionem rari nisi confessuri habent, not. 18. n. 7.

Contritus non potens confiteri quærit, not. 18. n. 14. & qui se putat legitime confessum cum non sit, ibid. n. 15. & quid de impotenti in articulo mortis, ibid. n. 16.

Culpa peccati quid, & quid pœna eiusdem, not. 10. n. 3.

D

Dispensandi actus odiosus, potestas non, not. 27. n. 15.

Dispensatio bonorum ecclesiæ spiritualiū, & tēporaliū concessa Papæ quadruplicis generis, not. 15. n. 10.

Dispensatio thesauri prædicti, aliter fit per sacramentum, aliter per indulgentiam, not. 14. n. 2.

E

Ecclēsia Romana aliarum caput non vacat spōso etiam mortuo Papa, not. 32. n. 13.

Ecclesiās visitandas in anno Iobeleo, qui Papæ præscripserūt, no. 32. n. 33.

Ecclesiarum præscriptarum visitatio eadem die faciēda, not. 32. n. 41.

Ecclesiarum præscriptarum visitationes non oportet esse continuas, not. 32. n. 40.

Ecclesiæ bona aliter, quàm per sacramenta communicabilia dispēfari posse sine sacramento, not. 14. n. 3.

Electus confirmatus, & prouisus æquantur, not. 31. nu. 5.

Episcopus nō indulget pro opere extra Episcopatum faciēdo, not. 31. n. 12. nec nō subdito, nisi in tribus casibus, ibi. n. 13. licet communicet merita sui episcopatus, ibid. n. 14.

Etiā verbum implicat magis dubiū, not. 26. n. 3.

Exhortatio ad pœnitentiā, nota. 17. num. 20.

Exordij tria effecta, not. 32. n. 7.

Extendi non debet à iure exorbitans,

not. 28. n. 23.

Extra. 1. de pœnit. & remiss. tenor. not. 7. nu. 1.

Extrauag. Vnigenitus. quæ secūda est de pœnit. tenor. not. 12. n. 1.

Extrauag. Greg. XIII. qua indicitur Iobeleum tenor. not. 32. n. 1.

Extrema vnctio finem vitæ præsumptum tantum requirit, not. 30. n. 4.

F

Factum cum qualitate vetitum, nō veratur sine illa, not. 28. n. 10. nec pulsus à maiori, pellitur à minori, ibid. n. 11.

Facultates quæ aliæ à plenariis indulgentiis nunc eis suscipiuntur, not. 33. nu. 2.

Facultas faciēdi, & præceptum differunt, not. 28. n. 3.

Forum animæ separata aliud à nostro, not. 22. n. 17.

G

Geminatio verbi auget vim legis obligatoriam, not. 33. n. 5.

Gratia signata perfecta, not. 26. n. 7.

Gratia non extenditur per verba executionis, not. 25. n. 4.

Gratia datur facienti quod in se est, not. 17. n. 12.

Gratiam primam nemo meretur sibi de condigno, ibid. n. 7. neque reparationem post casum, ibid. n. 8.

Gregorius autor stationum, siue ceremoniarū Romæ statarū, not. 7. n. 3.

Greg. XIII. bonā partem itineris visitationū pedes cōfecit, not. 32. n. 52.

I

Incerta restituenda duplicia, not. 28. num. 8.

Incola quid proprie & quid quo ad hanc Extrauag., not. 32. n. 43.

Impeditus etiā iuste ab opere propter quod datur indulgen. non quærit eam licet secus de impedito faceret alia in id requisita, not. 32. n. 59.

I N D E X.

- Immunitate & gratia gaudet etiam qui spe illius peccat. not. 34. n. 6.
- Indulgentia, & remissio sacramentalis vt differant. not. 9. n. 13.
- Indulgentia, immediatè à Papa data, & mandata dari vti differunt. not. 30. n. 14.
- Indulgentia concessa vltra modum, quatenus valet. not. 31. n. 16.
- Indulgentia non reuocatur per mortem indulgētis. not. 31. n. 25. sed per destructionem loci sic. ibid. nu. 27. nec expressa nocet ignoranti. ibi. num. 28.
- Indulgentia non prodest lethaliter infecto. ibid. nu. 29. etiam quo ad quærendam gratiam ibid. n. 33.
- Indulgentia prodest perfectis, religiosis, mortuis, concedenti, & ita concedi potest, vt ab vno viuo, alteri viuo quærat. ibid. nu. 32. Sed non solet, ibid. n. 33.
- Indulgentia, vt quæritur pro opere indeterminato. not. 31. nu. 34. & vt determinato. ibid. n. 35.
- Indulgentia perennis, & temporalis. vt differunt. ibid. n. 36. & hæc indulgentia, quando eodem die bis vel pluries quæri possit, ibid. n. 37.
- Indulgentia pœnitentiæ iniunctæ nõ tollit, non iniunctam, ibid. n. 38.
- Indulgētia omnium peccatorum maior, quam plenaria simplex eorū. not. 9. n. 10.
- Indulgentia quæ absolutio, & quæ cõpensatio. not. 22. n. 25. & quæ vtraque. ibid. n. 27.
- Indulgentia per modum suffragij nõ minoris effectus, quam alia, & hæc quoad diuerfos. ibid. n. 28.
- Imò etiam quoad diuersa eiusdem hominis peccata alia & diuersa est. ibid. n. 39.
- Indulgentia à Papa concessa mortuo simpliciter audita eius morte, an, & quando valeat. ibid. n. 33.
- Indulgentia simpliciter concessa mortuo videtur concessa per modum suffragij, ibid. n. 34. & non per modum directæ absolutionis. ibi. n. 35.
- Indulgētia nemo fit amicus Dei. not. 23. n. 3. sed iam factus per indulgentiam amicitia Dei iam contracta citius consumatur. ibid. n. 7.
- Indulgentia instar iobilei plenissima est. not. 26. n. 1.
- Indulgentia concessa ad instar altari quòd non expediatur, nisi specificentur: ius exorbitans est. not. 26. n. 4. & an conscientiæ. ibid. n. 6.
- Indulgentia aut datur, aut mandatur dari, & de cautelis in mortis articulo seruandis. not. 30. n. 13.
- Indulgentia, vt quærat. requirit subiectionem & impletionem operis, aut oneris pij totius ad eam quærendam à concedente præscripti. not. 19. n. 1. non partis tantum illius ibid. n. 2. etiam quoad partem illam impletam, ibid. n. 3. nec iuuat paupertas, aut impotentia, ibid. nu. 4. nec claufura, vel carcer, aut aliud impedimentum, ibid. n. 5. & oportet, vt etiã bene fiat, ibid. n. 6. Imò oportet vt fiat in statu gratiæ, secundum opinionem Caietani. ibi. nu. 7. contra quem est Communis opinio, ibid. nu. 11. pro qua septem fundamenta ponuntur, ibid. nu. 12. sed ipse defensus nunc omittitur, ibid. n. 16.
- Indulgentia magna pro re leui curvtilis. not. 15. n. 16. & qualiter temperanda, ibid. n. 17.
- Indulgentia, quæ quolibet die: sed nõ qualibet hora quæritur, ibid. n. 19.
- Indulgentia confraternitatis corporis Christi vt quærat. not. 18. n. 12. & festi corporis eiusdem, & aliorum factorum & cõfraternitatum, ibid.

I N D E X.

ibid. n. 72.
Indulgentia, quæ concedenti prodest. not. 20. n. 18. & quæ non, *ibid.* n. 19.
Indulgentia semper est absolutio, secundum Caiet. *ibid.* nu. 4. pro quo argumenta aliquot adducta, *ibid.* n. 5. & contra, *ibid.* n. 8. & concordia, *ibid.* n. 10.
Indulgentia via iustitiæ prodest mortuo, contra opinionem Caietan. not. 22. n. 20.
Indulgentia de iniunctis non continet iniungendas, sed absolute concessa sic contra Caieta. not. 11. n. 12. & quæ ratio, *ibid.* nu. 13. & idem de plena, *ibid.* n. 14.
Indulgentia antiqua an credenda concessa de iniunctis tantum, *ibid.* nu. 15. & an ea, quæ constat simpliciter concessa ad iniungendas extendatur, *ibid.* num. 16. & quid de noua, *ibid.* n. 17.
Indulgentia concessa certi temporis quoad varios variè est intelligenda, *ibid.* n. 18.
Indulgentia eadem alij, plusquam alij prodest, *ibid.* n. 19.
Indulgentia non tollit pœnam fori exterioris, *ibid.* n. 20. neque pœnitentiam in capitulo datam, *ibid.* num. 21.
Indulgentia temporis purgatorij minor, quàm paris temporis vitæ, *ibid.* n. 22.
Indulgentia sine causa nihil valet. not. 15. n. 1. Sicut nec relaxatio voti, nec iuramenti, *ibid.* n. 2. neque cum causa, quatenus eam excedit, *ibid.* nu. 3. & 13.
Indulgentia intra metas concessionis alij maior, alij minor quæritur, *ibid.* nu. 4. licet multi contra, *ibid.* nu. 5. quorum septem rationes, *ibid.* n. 6.
Sed profundius alij, pro *ibid.* n. 7.
Indulgentia vnius diei quid indulget.

not. 11. n. 8.
Indulgentia vnius diei, tam propriè à culpa, & pena, ac plena. notab.: o. nu. 20.
Indulgentia cum attritione non efficit contritionem contra Palud. *ibid.* num. 19.
Indulgentia non dicitur tam propriè à culpa & pœna, *ibid.* nu. 16. quam absolutio sacramentalis, *ibid.* n. 17. & quare impropiè, *ibid.* n. 18.
Indulgentia veniam peccati dat. not. 10. n. 1. sed pœnæ temporariæ tantum, *ibid.* nu. 2. non culpæ, vel potius maculæ, *ibid.* n. 11. etiam venialis, *ibid.* n. 12. nisi indirecte, *ibid.* n. 14. quia non est idem, quod pœna temporalis ei debita, *ibid.* n. 13.
Indulgentia plena concessa non esse concessam plenioram, aut plenissimam. not. 9. nu. 7. quia stricti iuris est, *ibid.* n. 8. qua ratione, *ibid.* n. 9.
Indulgentia plena non plena, & plena triplex. not. 9. n. 1. & non plena quid noue, *ibid.* n. 2. & quid plena noue, *ibid.* n. 3. & quid plena in specie, & plenissima, *ibid.* n. 4.
Indulgentia peccati, & remissio peccati idem. not. 8. nu. 1. licet non remissio omnium peccatorum, & indulgentia peccatorum, *ibid.* n. 3.
Indulgentiam querens vt beatus. not. 17. n. 17.
Indulgentiã soli vere pœnitenti quæri. not. 17. num. 1. non ergo alij, pro quo tempore pœnituerit, *ibid.* n. 2. etiam pro peccatis antea condonatis, *ibid.* nu. 3. quamuis per opus mali quæraturo bono defuncto, *ibid.* num. 4.
Indulgentiam mortuo concedi posse. not. 20. n. 16.
Indulgentiam quæsituro satis esse gratiam, sine proposito satisfaciendi, not. 21. nu. 1. sed contra Caiet. *ibid.*

I N D E X.

- n.2. & defenditur multis, *ibid.* nu.3. sed satis est conditionale, *ibid.* n.13.
- Indulgētiā irrationabiliter volens peccat, not.21.n.5.
- Indulgētiā prodesse per modum suffragij non est quod sentit Cald. not.22.nu.13. sed quod dicitur, *ibid.* nu.21. & potest sic viuus prodesse, *ibid.* n.23. Imo frequenter sic prodest, *ibid.* n.24.
- Indulgent. absoluere indirecte quid? not.22.n.22.
- Indulgētiā alius viuus alij viuo quandoque quærit, *ibid.* n.32.
- Indulgētiā vtilem esse, licet hic nō probetur, not.5.nu.1.
- Indulgētiā quærere, etiam perfectorum esse, *ibid.* n.2. quia licet ea ipsa nō sit meritū, quo tamē acquiritur, opus meritorium est, *ibid.* n.3.
- Indulgētiā, etiam iniungendæ pœnitentiæ episcopus concedit. contra Caiet. not.11.n.9.
- Indulgētiā iobelem plenam: sed hic non probari, not.6.n.1.
- Indulgētiā non esse piā fraudem: & per eam solum effici, vt passio innocentis membri vnus corporis, pro alterius eiusdem nocētis satisfactione accipiatur, no.8.n.4.
- Indulgētiā vnā, & eandem alius plenius, quā alius quærit, not.11.n.1. licet partem causæ eius implēs nihil consequatur, *ibid.* n.2. non ratione gloss. *ibid.* n.3. sed noua, *ibid.* num.4.
- Indulgētiarum inuentum non esse nouum, not.7.n.2.
- Indulgētiarum quasi prodigus Sixtus quartus, not.28.n.30.
- Indulgētiarum mētio cur olim rara, & nunc frequēs. not.7.n.5. sicut & purgatorij, *ibid.* nu.6. quia ex hoc illa pendēt, *ibid.* n.7.
- Indulgētiarum formæ varietate, not.30.
- num.1. & quæ communis eius, quæ datur pro articulo mortis, *ibidem* num.7.
- Indulgētiarum thesaurus, quid, & vnde? not.13.n.1.
- Indulgētiarum thesaurum esse dispensabilem per prælatos, etiā sine sacramenti applicatione, not.14.n.1.
- Indulgētiarum magnus reditus alii cubi, not.19.n.13.
- Indulgētiarum instar aliarum moderatio Pauli tertij, not.26.n.9.
- Indulgētiarum suspensio Extrauag. Quemadmodum, not.28.n.27. etiā ad alios annos, quā iobelem extēdi, latē probatur, nec legi reuocata, vel modificata, *ibid.* n.31.
- Indulgētiā statas qui non quærunt. not.19.n.22. & quid, vt quærant, facient, *ibid.* n.23.
- Indulgētiarum thesaurus infinitus & immensus, not.32.n.14.
- Indulgētiā iobelem an quærat Cathericum. not.32.n.9.
- Indulgētiā a paucis quæri verendū. not.17.n.5. licet a multis quæri possint, *ibid.* n.19.
- Indulgētiā valere quantum sonat, & intelligi de iniungendis, notab.11.n.6. si sine mentione iniunctionis concedantur, *ibid.* n.7.
- Indulgētiā dat Papa, & concilium, not.31.n.1. & legatus, & episcopus, &c. *ibid.* n.3. etiam non consecratus, *ibid.* n.4. non inferior, non vicarius, *ibid.* n.6. non parochus, *ibid.* n.9. nec excommunicatus, vel hæreticus, *ibid.* n.10. sed alioquin malus sic, *ibid.* n.11.
- Indulgētiæ causa pauperis subuentio omittitur, notab.6.nu.2. nisi, &c. *ibid.* n.4. & 7.
- Indulgētiæ vna vtilitas magna. not.18.n.4.

- Indulgentiæ tria tempora consideranda. not. 19. n. 8.
- Indulgentiæ querendæ multa requisita, not. 17. n. 11.
- Indulgentiæ denunciatores, qui reprehendendi, not. 15. n. 18.
- Indulgentiæ magnæ pro re leui concessæ excusatio, & declaratio noua, & singularis, ibid. n. 9. quæ magis explicatur, ibid. n. 14.
- Indulgentiæ verbum saltem per translationem remissionem significare. not. 8. n. 2.
- Indulgentiæ eiusdem causa eadem impleta ab vno iusta, impleta ab alio non item. not. 11. n. 5.
- Indulgentiæ causa vt sit sufficiens: licet non æquipollens. not. 15. n. 8.
- Indulgentiæ causa proxima, & remota sic differunt. not. 19. nu. 17. cuius pars bene impleta quando prodest, ibid. n. 18.
- Indulgentiæ diffinitio. not. 20. nu. 1. & quod verbum, indulgentia, varia significat, ibid. n. 2. & an hic Latine sumatur, ibid. n. 3. & diffinitionem Caiet. non esse bonam, ibid. n. 13. & Calder. Fely. Henr. & communis nimia, ibid. n. 14.
- Indulgentiæ cōcessio, non est iustitiæ distributiue actus, ibid. n. 6.
- Indulgentiæ genus est remissio, prout æquipollet. illi disuncto absolutio, vel compensatio, ibid. not. 20. num. 12.
- Indulgentiæ causam eam præcedere potest. not. 22. n. 36.
- Indulgentiæ quinque requisita, nota. 31. n. 31.
- Indulgentiis, & aliis priuilegiis collegiorum vniuersitatum, &c. suspensus non suspendi singularium. not. 28. n. 13. nec habentium confessio-narium, & bullas, ibid. n. 20.
- Indultum edendi oua, laetantia, habendi altare portatile, &c. hic nõ suspendi. not. 28. n. 21.
- Instar alterius tale, quale alterum. no. 26. nu. 2. & an pereat cum eo, ibid. num. 8.
- Intellectus nouus ca. Cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. not. 28. nu. 25. & Extrau. Quemadmodum, ibid. num. 26.
- Intellectus c. In nouo. & ca. Quauis 21. dist. not. 23. n. 10.
- Intellectus cap. Translato. de constit. ibid. n. 11.
- Intellectus illius, Quod infirmum est Dei, &c. not. 12. n. 6.
- Intellectus illius: Quodcunque solueris, &c. not. 14. n. 5.
- Intellectus quorūdam dictorum Anton. de plenaria. not. 9. n. 9. & eam querituro quid vtile, ibid. n. 12.
- Iobelea indulgentia suspendit alias. not. 25. n. 1. plenas tantum, ibid. n. 2. licet omnium prædicationes. veter, ibid. n. 5.
- Iobelei inuentorem non fuisse Bonifacium, contra Polydorum. not. 7. num. 4.
- Iobeles Hebræos perinde vsos, ac Græcos Olympiadibus, & Romanos Iustris. not. 1. n. 4.
- Iobelem ante annum conditam Extrau. Quemadmodum mēibus. 16. not. 28. n. 29.
- Iobelem annum in vigesimum quintum Paulus II. mutauit. not. 24. n. 1. Qui à vigilia Natiuitatis incipit, ibid. n. 2.
- Iobelem annū limitare omnes indulgentias, facultates, &c. not. 28. n. 33.
- Iobeles annus quinque suspendit, ibid. n. 1. Quæ ampliatur octo modis, ibid. nu. 2. & angustatur quinque, ibid. nu. 8.
- Iobeles annus Hebræis solemnis. not. 1. n. 1.

I N D E X . I

- Iobeus annus Hebræorum non figurabat nostrum. not. 4. n. 1.
- Iobeus annus Hebræorum in quibus similis nostro, ibid. n. 3.
- Iobeus annus primum fuit Christianis centesimus, deinde quinquagesimus, nunc est vigesimus quintus, ibid. n. 2.
- Iobeus, & iubilus à variis variè scribi, not. 1. nu. 2. sed aptius iobeus: quia non à iubilo: sed à Iobel, deducitur, ibid. n. 6. & 9. & not. 32. n. 27.
- Idemque quod quinquagenarius significat, ibid. n. 3.
- Iobeus varia vario respectu Hebræis significasse, ibid. n. 10.
- Iobeam ad indulgentiam quæ præparamenta populū edocenda. not. 32. n. 52.
- Iobeum cur Romani sicut exteri minori impensa quærunt. not. 32. nu. 35.
- Iobei anni Christianorum initium an sit certum. not. 1. n. 11.
- Iobeus annus veteris legis quod Iobeum nouæ legis præfigurabat. not. 3. n. 1.
- Irregularis sit interdicitus celebrando in Basilica etiam non consecrata, modo sit Episcopi autoritate dedicata. not. 32. n. 3.
- Iubilum, iubilare. iubilatus esse latinis: iubilus & iubilus non esse, not. 1. n. 7.
- Iudex non absoluit directe à sententia superioris, licet pro eo soluendo indirectè possit. not. 22. n. 26.
- Iurisdictio, quæ reditur in inuitum. not. 20. n. 7.
- Iurisditionis omnia iure canonico delegantur. not. 31. n. 8.
- L
- L**egatus est ordinarius extraordinarie. not. 28. n. 19.
- Lex non continet, quæ verba eius non continent. not. 28. nu. 22. & quæ ad similia extendatur, ibid. n. 24.
- Licentia celebrandi, & aliæ similes non spirant per mortem concedentium. not. 31. n. 26.
- Loquendum vt plures, sentiendum vt pauci. not. 32. n. 6.
- Lusitani in capiendis bullis, quibus præstant. not. 19. n. 21.
- M
- M**acula effectus peccati. not. 10. n. 4. & quid est, & nihil positivū dicere, ibid. nu. 7. manet præterito peccato, ibid. n. 8. & non efficitur à veniali, ibid. n. 9.
- Malus nec pro se, nec pro alio nisi ministerialiter satisfacit. not. 22. n. 31.
- Mandatum superioris tanquam talis, factum subiecto tanquā tali, præceptum est. not. 32. n. 51.
- Mandamus verbum simpliciter etiam in lege ecclesiastica positum ligare ad veniale, non ad mortale, sed verbum præcipimus sic. not. 32. n. 5.
- Maria Magd. suo nos exemplo docuit officia ciuilia. not. 6. n. 3. pauperum causa non omittenda, ibid. n. 4.
- Maria virgo immunis à peccato, etiā originali. not. 13. num. 8. & quatuor sanctorum genera, ibid. n. 9.
- Meretur nemo alij gratiam de condigno, excepto Christo, ibid. n. 5. qui à sua conceptione eam omnibus seruandis meruit, ibid. n. 6.
- Merita Christi quoad vim merendi cur non applicentur sine sacramento, quoad vim verò satisfaciendi sic, not. 14. n. 7.
- Merita sanctorum remunerata vltra condignum, quoad vim merendi, non autem quoad vim satisfaciendi. not. 13. n. 11. nec ob id Deus iniurius eis, ibid. n. 13.
- Merita sanctorum, quatenus satisfactoria, sine sacramento communicari

I N D E X.

nicari posse. not. 14. n. 4.

Merita sua alteri, etiam laicus communicat. not. 31. n. 18. triplici intentione, ibid. n. 19. & quæ illorum communicatio indulgentia, ibid. n. 20. & quæ non, ibid. nu. 21. & quæ non suspenditur indulgentia suspensa, ibid. n. 21.

Meritorum communicatio quò magis utilis, & quò minus quàm indulgentia, ibid. n. 23. & in quo melior, ibid. n. 24.

Morientes bene expresse, vel tacite integre velle pœnitere. not. 22. nu. 40. idque sufficere ad indulgentiã, ibid. n. 41.

Morienti utilis voluntas Deo satisfaciendi ob duos respectus novos, ibid. n. 42.

Moritur nunquam vniuersitas, vt singularis. not. 28. n. 15.

Mortuis paradisi, inferni, & limbi indulgentia non prodest, nec purgatorij. not. 22. nu. 4. nec data à Papa per modum autoritatis, ibid. nu. 5. nec etiam per modum suffragij, ibid. n. 8. nisi vt, ibid. n. 10.

Mortuis quòd non profit indulgentia noua ratio. not. 21. n. 11.

Mortuo qui viuens voluit satisfacere, an profit indulgentia. not. 22. n. 38. & illam ei quærendam ab amicis, ibid. n. 39.

Mortuo non quæritur huius anni indulgentia, ibid. nu. 1. & quare, ibid. num. 2.

Mortuum opus esse non verè pœnitentis: imò & verè pœnitentis, nisi bene fiat. not. 19. n. 9.

Mortuus quærit indulgentiam factò viuentis mali. not. 22. n. 30.

O

Occasio delinquendi non omnis verita. not. 34. n. 5.

Opera bona mortua quæ, & quæ mor-

tificata & ad quid vtraque reuiuunt. 32. n. 37.

Opus de se bonum quod factū à peccante venialiter ad indulgentiam sufficit. not. 32. n. 45.

P

Papa dispendit, remittit, & incerta cõponit. not. 19. n. 1. quia est summus dispensator, ibid. nu. 2. Quia Christi vicarius, & Petri, ibid. n. 3.

Papa priuilegia, etiam remuneratoria, vel pretio data interdum reuocat. not. 28. n. 7.

Pœnitentiæ actio non solum pœnam peccati tollit: sed etiam medetur cauetque peccato. not. 5. n. 4.

Pœnitentiæ multæ iniunctio utilis. & c. not. 11. n. 23.

Pœnitentiæ iniunctæ relaxatio, à Papa sine causa tenet. not. 15. n. 11.

Pœnitentium duplex genus. not. 21. n. 8. & quandiu pœnitendum, ibid. n. 9. & pœnitentem à verè pœnitente differre, ibid. nu. 10. & pœnitere velle noua ratione vtile, ibid. n. 14.

Peregrinantes facultatem quærendæ indulgentiæ petant. not. 31. n. 15.

Peregrini qui propriè & qui quoad hanc Extrauag. not. 32. n. 44.

Petri & Pauli Apost. breue Encomiũ Clem. 6. not. 32. n. 3.

Pleno plenius dare quomodo. not. 9. num. 6.

Prædicans indulgentias indiscretas, vt peccat, ibid. n. 45.

Præceptum mandatum & commissio vt differant. not. 32. n. 51.

Præceptũ impletur in statu malo, imò & per malum actum, quoad substantiam. not. 32. n. 46.

Preces quas vel cuius formæ indulgentia lobelea requirit. not. 35. n. 48.

Proportio nulla finita ad infinitum. not. 32. n. 15.

Promissio vel permissio alicuius fa-

I N D E X.

- Acta quæ primo actu finiuntur, not. 32. num. 47.
- Privilegia omnia iusta de causa suspēdi vel reuocari posse, not. 33. n. 3.
- Portam sanctam anno Iobeleo quis & quo ordine aperiat, not. 34. & n. 8. & 9.
- Purgatorij ratio fundamentalis, not. 16. n. 6.
- Purgatorium vt spoliatur per indulgentiam, not. 31. n. 48.
- Purgatorij mentio, cura, & timor vt sunt antiqua & non noua, not. 7. num. 8.
- Purgatorium non esse, cur non concludat infinitas huius thesauri applicati pœnitentibus, not. 14. n. 8.

Q

Quæstores indulgentiarum quales, & quid faciant, & quibus contraeant legibus, not. 31. n. 46.

Qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus eius, not. 32. n. 38.

R

Reatus peccati respectu triplicis legis, & pœnæ, not. 10. num. 5. Et quid, ibid. nu. 4. & macula sublata tollitur, ibid. n. 10. eis sublatis manet obligatio pœnæ temperariæ. & proprie non est reatus, ibi. n. 11.

Refertur ad omnia determinatio sequens, not. 25. n. 6.

Regula cancel. quæ danda, not. 26. n. 5.

Relatiuum [Qui] adiectum verbo futuri temporis conditionem inducit, not. 32. n. 37. & 49.

Remissio omnium peccatorum videtur indulgentia plenissima, not. 9. num. 8.

Remissio per Indulgentiam longè differt à remissione sacramentali, not. 10. n. 21. etiam pœnæ, qua ratione, ibid. n. 22. & 23.

Remissio latroni facta in cruce, vera indulgentia, not. 30. nu. 15. Sed non

remissio professionis, ibid. n. 17.

Restituere debētes per remissionem, & compositionem, quatenus tuti, & quæ sunt incerta, not. 29. n. 4.

Restitutio plena, & plenissima, vt differant, not. 9. n. 5.

Romam extra urbem esse Burgum, & Basilicas Petri & Pauli, not. 32. n. 4.

Romani qui quoad hanc Extrauag. not. 32. n. 42.

Romanis vt est omnis Latina politics, ita vulgo nonnulla barbaries, not. 32. n. 5.

Romanus populus visitandis sacris, & quærendis indulgentiis omnium deuotissimus, not. 32. n. 52.

S

Sacerdotium non esse translatum proprie à Christo in Petrum, not. 23. n. 12. sed improprie: & ita intelligendam glo. c. Translato, ibi. n. 14.

Sacramenti effectum sine sacramento dare solius Christi, not. 14. n. 6.

Sacramentorum doctrinam ecclesiæ Romanæ tenendam, not. 13. n. 2.

Sancti non solum dando exemplum, & intercedendo, sed etiam satisfaciendo profuerunt, not. 32. n. 16.

Satisfacere pro se, an quis semper dicatur, not. 21. n. 7.

Scandalum non datur quoties illud ab alio accipitur, not. 34. n. 3.

Scandalum quid & quòd non omnis occasio peccandi est talis, not. 34. num. 5.

Satisfacit alius pro alio de condigno, not. 13. n. 7.

Septimus dies, septimus mensis, septimus annus, & septimæ hebdomadis annorum finis Hebræis sacer. not. 1. n. 5.

Sepulchrum Domini nemo sine licentia Papæ visat, not. 30. n. 2.

Symonia vt excusatur in indulgentiis pro re temporali, not. 31. n. 47.

Suffragia

I N D E X.

Suffragia ex se non satisfacere, secundum iustitiam: sed attenda diuina acceptione sic. not. 22. n. 19.

Suffragia potentiora indulgentiis in quo, & suffragio posse iuari, ibid. n. 46. & non esse premium accidentale, ibid. n. 47. licet Christi decensu liberari tale fuerit, ibid. n. 49.

Suffragia lætus faciet hæc, & hæc reputans, ibid. n. 51.

Suffragia fiunt pro mortuo post indulgentiam plenariam ob quinque nouas rationes, & tres antiquas, ibid. n. 50.

Suffragium auxilium ecclesiasticum est hic, not. 22. nu. 14. & est triplex, quod defunctis datur, ibid. n. 16. & nec satisfactorium prodest eis via iustitiæ secundum Caiet. ibid. n. 16. contra quem tenetur, ibid. n. 18. & quod omnibus defunctis profit, ibid. n. 45. contra Caiet. ibid. n. 43.

Suspensio nulla huic similis ob Iobeleum facta vnquam generaliter reuocata, neque ista sic reuocanda ideoque opus esse confirmatione, vel huius suspensionis reuocatione. not. 33. n. 7.

T

Thesaurus ecclesiæ communicari potest mortuis, vt viuus. not. 22. num. 12.

Thesaurus sapientiæ diuinæ multa continet. not. 23. nu. 6. & in his merita Christi, vt satisfactoria, ibid. n. 8.

Thomæ gratiæ aguntur. not. 23. n. 5.

V

Veniã, verbum in hac Extra. quid. not. 10. n. 6.

Verbum, transferre, pro concedere nonnunquam. not. 23. n. 15.

Visitatio cuius maior pars præsertim postrema est bona, ad indulgenti sufficit. not. 32. n. 46.

Vitæ mutatio difficilis. not. 17. n. 10. nisi. & c. ibid. n. 18.

Voluntas non est pro facto in indulgentia. not. 22. n. 7. idem in not. 19. num. 4.

Voti dispensatio, & commutatio differunt. not. 27. nu. 1. & in quo, ibid. n. 2. & altera suspensa, altera non suspenditur, ibid. num. 3. nec altera concessa, altera conceditur, ibi. n. 4. quod malè aliquot confessarij aduertunt, ibid. n. 7.

F I N I S.

mollificātes aut adiunātes ad mollificādus. qz. s. phibeat hoc mō flux? māe ad locū: qz cū nō resoluit mā aliq̄ pmutatā ad pedes: 7 facit palefim sepe forte aut debile fz grossitudinē aut subtilitatē māe 7 ei? ibitionē 7 ei? ifusionē. p̄ra: Et iuenit simplex capicōs has tres itētōes: vt nux cipl si folia ei?: folia lauri: calam? aro. Et ex p̄positis ē fridū ex fridīs stupricis 7 calis adiunūcē mixt]. vt ex ros. acacia: balauftijs: baccis lauri: castorei: acoro: solijs oleādrī: 7 h̄y. Et ex oleis. vt ē olei cīssii: rute: de piretro: de castoreo: de euforbio: 7 h̄y. vt. s. de palefī. Et Emplz bonū. fumatur acor? 7 enula. decoquant̄ i aq̄ cīssii 7 emplēf locus.

Cura In ea q̄ ē ex vctositate ipellētē pcedē a p̄m? cum carminātib? vctositate: 7 spāl? post purgationes cū fetidis maiorib? s hermodactil: 7 h̄y respiciētib? iūctur ras. Sup locus gibbositatis ponat̄ emplm scm ex sinapi. stercoze colūbio. sicub? añ. ad iūctō: copatis. Qz si p̄b emplm fieret i loco aliq̄ rubedo rēoueat̄ 7 vngat̄ loc? cū oleo ro. aut de muto vsqz ad seruoziōs cessationē. Itē vngat̄ cuz oleo de costo 7 cimio. Et Emplz ad vctosā 7 ad hūidā. R. sauina: sticados: amōiaci: nucis cīssii: piretrū: maioranā: corzumēi: sgnātū: cassiā: coq̄nī i aq̄ decoctōe optia. 7 q̄n? qz p̄piciat̄ castorei: euforbū: sauia cōtrita: 7 administret̄. Aliō ad idē. R. storacis liqde: costi: 7 calami aro. sauina: añ. 3. i. euforbij. 3. i. olei nardij qd suffic. Et ad idē. R. calamētī: pulegij: origani: carui: cimij: fariē lupinoz: scis lina: fenugreci mixtis 7 decoctis i co: patis. Qz si hec nō sufficiūt admistret̄ cauterij: 7 remoueat̄ mollificatio: 7 iudicetur locus. quā opationē chirurgicis relinquo.

Cura In facta pp asma aut tussim ē cura asmatis aut tussis. 7 tu rubricis suis addēdo q̄ dca sunt h̄ de mō ligādi 7 emplandi 7 vngēdi: etiāndi: dietādi: 7 h̄y. 7 tu bene cōsidera. Et De varicibus. R. ca. iij.



Arices sūt dilatatio v̄arū i crure 7 pede pp multitudine ei? qd descēdit. ad eas ex sāguie fm plūmi melico nō p̄v̄trefcō. Di fm plūmū. qm aliq̄n hic sāguis ē flācticus grossus. aliq̄n purus: 7 ē sine putredine.

Qz si fuerit cū putredie accidit cruri 7 pedi vlcera sat] magna. Et ē passio p̄ueta cūire his q̄ pedib? mltū laborāt vt sūt cursorez: viatores: portātes onera. 7 his q̄ stat lōgo tpe. vt sūt seruatores regū: 7 his q̄ p̄suerūt vti cibus generātib? chiluz melici. Et p̄suent hec passio vitis noiari. qm venetoziose icēdūt vt vitis. Dis. n. accit passio dca mā h̄ite sa ptū ad ea loca pp laborē 7 fatigationē debilitātes ea.

Cause potes tū assignare cās tres vt i artetica dictū est Et p̄ima dispō mēbroz supiozū generātium h̄iozes tales: vt epis 7 splenis: aut pp eoz egritudies: aut opilationē: aut pp malitiam regiminis. Et Scōa est largitas venarū. Et Tertia debilitas inferiorz nāhs aut accidēta lis ex casu vel pcussioe: statidē sup pedes 7 h̄y. Et Accit 7 hic deflux? sanguis ad crura via crisis aliq̄n vt in egritudib? acutis: vt i synoca mā expulsa ad ea loca per venas. Itē i aptiōe opilationū venarū epis 7 splenis. Itē in egritudinib? celebralib? melicis. Tñ ipo. affo. sexta. Caluz varices nō nascunt̄: qz si nascāt̄ capillati sūt. Et rursum. Maniacis 7 melicis varices inate bonū. de qb? in as

in p̄m? curari p̄nt auxilio medicū Et Scōs. qz sic varices inate melicis vt i affo. isra. ita phibitio flux? mōza ē apta i ducēf passionē melicis pueniētē. q̄re ab eartū illa q̄atōe v nō ita faciliter pcedēdū: vt multib? p̄sidera. regurgitat. n. mā per forte ad p̄ncipalia. 7 iō vt isra d. morroidarū fluere p̄uētari qm ē ne paties idropē icurrat ex regu ad epar. ita 7c. 7 ē s̄nia Aui. iqt. ce cū icidunt 7 phibent egritudē

Et Tertio. qz ex ligatiōe siue illa q̄ hibitionē trāst̄? nutrimēti ad cū Et Quarto. orckatio diete: 7 hic ip̄grā abstinēdo a cibus 7 potib? m grossos h̄iozes. vt a carnib? bouit̄ijs: 7 h̄y. a labore pedū: a statidē cā varici pductiua. vt dictū ē. Alē sanguinē generātib?. vt pulli:

Et Quintus est digestio. digerētē tis materie. de quibus quarto tr

Et Sexto. aīo. aīēf cū etiatiuis ap̄ melia: 7 q̄rto trac. Itē cū flōia p̄mo fiat flōia de basilica i manu pedis. 7 h̄ eadē die vel post siue d̄u etiāndo saltē cām aīcedētē: 7 dū b̄iosus cū eo qd ē h̄it flā gross cōfert vomitiū ex decoctōe rap

Et Septimo. rectificatio mēbroz m̄tudinē aut d̄irtitē splēis p̄ rectifi

Et Octavo. ē p̄fortatio crurū 7 pedū aut talis sit cū vnguētis stupricis. cū puluere nucis cīssii: 7 galb? factis ex farina mlier: melicis. omirtoz: cū oleo de mastice: rotū emplando crus. Itē cū istitū incipiēdo ab inferiori parte ped capneo vsqz ad genua 7 vlr a v. vt iaceat in loco pedibus eleuati

Et Nono. ē admistratio resolutiu p̄lioze descēsus cū resolutiuis. 7 h̄ semē raphāi: semē rute: faria senctano 7 nono canōib? faciūt v̄n stupricis ericcatinis 7 resolutiuis. 7 flōiaz p̄ modū q̄ dict? ē ponēt chimolea 7 aceto: 7 cū decoctōe lupioz. fenugre. stercoz] capni. cia. ipogonidos. alumē dissolutū. mō ē magis flātica vctosa cū rāloz: solijs s̄buci: paritariē: aurina. Et Alio mod? opādī q̄ seḡ emplēf loc? q̄ ē sub genu. p̄ digt̄ ex bolo ar. myrrha: alo: mastice. eq̄l̄r ip̄sis b̄n pulueris atis 7 loco

bidū. Itē dulce ⁊ nouū. itē po-
 fuerit bñ decoctū. ⁊ sic de alijs
 talibz cibis tepas facit digōnis ⁊
 marie vctosa pueniūt tñ car-
 nes assate vituline. māgine u-
 euis digōnis ⁊ imodica q̄tita-
 tus sicce. phistici. pineoli. passu
 aliqbz dieb⁹ ab arbore deposita
 cape pōt de amigdalīs cricca-
 o. **C** Lōuenit rīq̄. sup̄ap̄i bro-
 i bis tñ si modera. Itē panis d̄
 coct⁹. Itē panis bis coct⁹ siue
 claz duoz mēsiū ad min⁹ nō
 iēt i vino sitate albū vel aurēū
 ⁊ teneat sibi vctē lenē ⁊ est de
 s cibuz resupinet ⁊ qñ sedet te-
 tat. **C** Et qz coit⁹ sub inamitio
 u. nō vtat vt pōt: ⁊ si eo vti sit
 eat brachale siue stricturem. ⁊
 nūt pp verēcūdiā ⁊ male. deide
 Nō moueat post comestiones
 nisi debite. mltū fugiat eqtatio-
 duriter ambulātū. Itē exerci-
 ō fortificātia eas rupturas. de
 uis ⁊ quiete vtat magis iacens
 nno ⁊ vigilia vtatur modera
 ⁊ anime.

scito q si videbit digōnem ⁊
 ⁊. Et tu habuisti sepe digestiua
 ⁊ silt etiatiua. s. de colica. ⁊ iō
 d posita. s. 4° tracta. itē si ha-
 omia illaz fac. oia. n. p̄iculari
 attēto qz ex sepe dictis itelligit
Sed hic aduerte q̄ solutiua
 rahētia multū a remotis. ⁊ cli-
 omia. neqz in solutiuis multi-
 s abstinentium.

nes eger ⁊ restauret cuz manu
 mittat. **Q** si reductio fiat diffi-
 die cuz chisteri ex oleo cōi scō
 eductio. **Q** si adhuc fieri non
 ficātib⁹ ⁊ mollificātib⁹ cū radi-
 Et ex mucillagunib⁹ eoz cū pin-
 minū lini aut cū spōgia isusa
 ce. semugre. seminis lini. camo-
 ctio ⁊ sp̄ cū facilitate ne cause
 uiter. **Q** si adhuc nō sfer-
 a. aueto. radice altee. femine li-
 lua ⁊ h̄. i. q̄ calo ⁊ nō mltū se-
 pro nobilib⁹ ⁊ potētib⁹ ponaf
 litatis vsqz ad vmbilicū ⁊ i ea-
 s tenoz ⁊ ampliat viā mirabi-
 primā repōtauit famā ⁊ lucrū
 omittat. **Q**uo pacto ponaf ei
 obobācio modicū suffulto cū
 si ei strictureā ponaf sup locuz
 de corio magnū aut puū fm

tionē faciētib⁹ ⁊ p̄fortātib⁹ i qb⁹ ē stipticitas. de qb⁹ r̄atfel-
 fra ex p̄plicabo i receptis. s. sup oia valet. gēmo brachalis
 siue stricture auis saltē itestū al dēscrē nō d̄.

C Ericcato autē ⁊ resolo cōpleat cū medicinis ⁊ empliare
 solutiuis dictis in cura idropis. ⁊ tu ibi.

C Prohibitio autē fit cū stricture qete ⁊ etionib⁹ si cā fuerit
 hūiditas a toto vel p̄iculari mēbro trāmissa ⁊ in eo casu
 mortatiōi toti vel mēbri p̄icularis stude ne mittat.

C De castratiōe me nō itēdo hic multū itromittē qm̄ ad ci-
 rurgicū spectat. s. de ea ifra. sed certe paucos vidi liberari
 absqz restauratoz bñficio. De admistratiōe at ferri p̄uic
 tm̄ dico q̄ ex antiqz sapiētib⁹ laudauerūt qdā vstione fa-
 ctā cū ferro hūte figurā semicircularē cū asta eleuata su-
 peri⁹ ita q̄ hec vstio cū tali infro p̄sequat os pectinis ho-
 ra q̄ fit. ⁊ dixerūt q̄ curat rupturā p̄fidā ⁊ magnitudinē
 sphac ⁊ dilatatiōne meat⁹ p̄ que s̄rb⁹ ⁊ itestia descēdūt.

Et s̄tissaciō. s. p̄ncipali ponā qdā ex exptis melioza p̄
 os sipta v̄l p̄ etia admistrata. Et icipia ab his q̄
 p̄ os sumūt q̄ sūt potiōes pillē vel pulueres v̄l electuaria.

C Potio ⁊ ē siru. magri Ugonis ⁊ magne laudis. **R**. succi
 trūi p̄solidaz succi iacee nigre. succi epatice terrestris añ.
 lib. s. succi corrigiole. plātaginis añ. ʒ. iij. succi rute viridis.
 ʒ. ij. depurent hi succi cū decoctiōe haz rez i illis. **R**. rosa-
 ri. thuris. masticis. mumie. s̄g. drac. boli ar. añ. ʒ. i. s. mir-
 ti. sumach. nasturtij. coralli. cipi. añ. ʒ. i. nucis cipressi. ʒ. i. s.
 myrbe. gumī ara. añ. ʒ. s. buliat oia i nucis ad p̄sioniē
 tertieptis. postea colent ⁊ s̄rripigent cū succaro. **Q** si nā
 t̄pis negabit eas posse h̄e herbas virētes liceat loco succo
 rū sumē siccas ⁊ coquere in aq̄ pluuiali sufficiēter. deinde
 manib⁹ s̄fricādo colare. deide reduc eā colaturaz ad ignē ⁊
 cū succaro pueniētis q̄tītatis fac siru. dimitte itaqz hunc
 siru. fermētari vsqz ad mēsem. deide ipm̄ exhibe i dosi pue-
 nicti etati patētis cū b̄ apogimate. **R**. herbe. sigillī salomo-
 nis. radici herbe facte marie: radice puincule. folioz gra-
 minis cū radicib⁹ añ. ʒ. i. radice garosilate. **M**. s. teranf
 ⁊ coquant in vino optimo ⁊ subtili. qd̄ vinū reseruet ⁊ dū
 s̄p̄erēt cū eo sirup⁹ dict⁹: ⁊ def p̄ octo dies p̄tinuos vl. xv.
 fm̄ qz egritudo erit difficilis ⁊ min⁹ difficilis. ⁊ tpe ei⁹ exhi-
 bitiois nulla fiat emplatio. **C** Erhibito autē sirupo denf
 pillē que sequunt que sūt in casu mirabiles ⁊ gliose ⁊ ma-
 gne efficacie. **R**. rasure ferri. ʒ. s. piloz lepori minutissime
 incisoz. ʒ. iij. nucis cipressi. mumie. sang. drac. ipogstidos.
 olibani. acacie añ. ʒ. ij. nasturtij. dragagati. myrbe. ciperi
 añ. ʒ. i. teranf ⁊ p̄ficiant cuz succo p̄solide maioris dosis a
 ʒ. i. vsqz ad. ij. Et hic aduerte qz qñ exhibent h̄e pillule qz
 tūc deponēdi est emplz ⁊ sup locū teneaf notabil q̄tītās
 magnetis aplanata. nā sic ferrū trahet cū quo ⁊ cetera se-
 quent ad locū ipm̄ p̄solidādū. **H**ec. n. opatio est reterāda
 totiēs donec effect⁹ itē p̄sequat. ⁊ sp̄ deide sup locū teneaf
 emplim. de quo ifra. **I**sta est opatio nō ab oib⁹ scita nec sic
 scripta. i q̄ fiducia nō pua h̄nda est cū fuerit p̄piciaci atqz
 sagaci magisterio facta. **C** Pillē alie rōnabiles ⁊ gliose.
R. limature ferri. ʒ. i. piloz leporis puluerigatoz. ʒ. s. nu-
 ci cipssi. ʒ. iij. sanguis dra. mumie. olibani añ. ʒ. i. p̄fice cum
 succo millefolij ⁊ denf vt. s. **C** Pulluis quo vti d̄z patiens
 frequētē i cibis suis. **R**. sauces lucij magni sepatas a car-
 ne ⁊ cōbure eas in olla coopta in clibano posita. deide. **R**.

Handwritten marginal notes and scribbles on the right side of the page, including the number '262' and various illegible characters.

